¶ Textus alexandri cũ sententiis et cōstructionibus/ & vocabulorũ interpretationib⁹: necnō cotationibus in margine appositis.







Cribere clericulis paro doctrinale nouellis.

Quia textus est planus non indiget explanitiõe. Sed tamen forma seruanda in sequentibus sic cõstrue. Ego magister alexãder paro scribere doctrinale. i. librum dantem doctrinam nouellis clericulis. i. scholaribus iunioribus. Quasi dicat non pro prouectis hoc opus scribitur sed pro rudibus.

Pluraq3 doctorum sociabo scripta meorum

Cõstrue. Ego sociabo plura. i. multa scripta meorũ doctorum. i. magistrorum. Hoc dicit ad arrogantiam euitandã vt ostendat q᷑ sit scripturus dicta prestantiũ virorum: et non solum vtetur proprijs auctoritatibus.

Jamq3 legent pueri pro nugis maximiani
Que veteres socijs nolebant pandere charis

Id est hec per me scribẽda legẽt pueri pro nugis. i. loco nugarũ maximiani qui fuit scriptor fabularũ/que. i. quas res/veteres. i. antiqui nolebant pandere socijs charis: quia ita charas habebant seu tenebant has nugas vt charissimis occultabant illas. Ideo dicit hunc librum legent loco illarum nugarum. s. fabularum.

Presens huic operi sit gratia pneumatis almi
Me iuuet et faciat complere q᷑ vtile fiat

More boni catholici spiritussancti gratiam inuocat dicens. Gratia almi pneumatis. id est sancti spiritus sit presens huic operi/et tunc iuuet me ad hoc opus ⁊ faciat complere opus q᷑ vtile fiat legentibus.

Si pueri primo nequeant attendere plane
Hic tamen attendat qui doctoris vice fungẽs est
Atq3 legens pueris laica lingua reserabit
Et pueris etiam pars maxima plane patebit

Quia superius dicit pueros hunc librum lecturos/et pro illis eundem scribere ideo tacite rñdens questioni sic dicit. Si pueri nouelli nequeant prima vice attẽdere seu hunc librum intelligere attendat ille qui est vice fungẽs doctoris. i. repetitor vel magister lecturus. Atq3 pro et legens hunc librum pueris reserabit. i. declarabit eundem lingua laica. i. vulgari/postea non erit magna difficultas in hoc libello et etiam sicut magistro maxima pars libri patebit plana. i. manifesta. Sic ⁊ chara erit pueris. Hoc dicit ne timore difficultatis omittatur liber suus.

Voces in primis quas per casus variabis
Ut leuius potero te declinare docebo

Primum capitulũ de declinationibus.

In ista parte incipit autor dare ordinẽ libro suo/ipsum per capitula distinguẽdo dicit sic. Ego docebo te declinare vt leuius potero/in primis. i. in primo capitulo voces/quas variabis. i. declinabis per casus. Quasi dicat primum capitulũ erit de declinationibus nominum.

Istis confinem retinent heteroclyta sedem

Scõm capitulum.

Constructio. heteroclita nõia retinent sedem cõfinem. i. locũ proximũ istis declinationibus supradictis. i. scõm capitulũ erit de heteroclitis: ibi. hec tibi signabis.

Atq3 gradus triplicis collatio subditur istis

Tertium capitulũ.

Construe. Collatio. id est comparatio triplicis gradus/subditur. id est imme=

diate subiungitur istis scilicet heteroclitis. id est tertium capitulum erit de comparationibus/ibi. Hunc gradibus ternis.

Quartuz capitulū. Cuiqz sit articulo que vox sociando notabo

¶ Construe. Ego notabo que vox sit socianda cuiqz articulo. id est per quos articulos queqz vox sit declinanda. id est quartum capitulum erit de generibus nominum/ibi. In quantum potero.

Quītum capitulū. Hinc de preteritis petrum sequar atqz supinis

¶ Construe. Hinc. i. postea tractando de preteritis: atqz pro et de supinis verborū sequar petrū helie (qui quēdam tractatū de simili materia ordinauit) id est quintum capitulum erit de preteritis et supinis verborum/ibi. Ut tibi per metrum.

Sextum capitulū. His defectiua suberunt et anomala verba

¶ Cōstrue. His predictis scz preteritis et supinis/suberūt. id est immediate sequūtur verba defectiua et anomala. id est sextum capitulū erit de verbis defectiuis et anomalis/ibi. Donatum sequere.

Septimuz capitulū. Verborum formas exinde notabo quaternas

¶ Construe. Exinde. i. immediate post/notabo. i. scribam quaternas formas verborum: et qualiter verba quaternis formis distinguantur. i. septimum capitulum erit de quattuor formis verborum/ibi. Quattuor in verbis.

Octauuz capitulū. Hinc pro posse meo vocum regimen reserabo.

¶ Cōstrue. Ego reserabo/hinc. id est post pro posse meo regimen vocū. id est qualiter vna vox aliam regit. id est octauum capitulum erit de regimine dictionum/ibi. Hic iubet ordo libri.

Nonum capitulū. Quo iungenda modo constructio sit sociabo

¶ Construe. Ego sociabo predictis quomodo constructio sit iungenda. i. faciēda id est nonum capitulū erit de ordinatione dictionum in constructionibus/ibi. Est post predicta.

Decimuz capitulū. Post hec pandetur que syllaba quanta locetur

¶ Cōstrue. Post hec pandetur. i. dicetur quanta queqz syllaba locetur. i. locari debeat in carmine: hoc est decimum capitulum erit de cognitione syllabarum qualiter produci et breuiari debeant/ibi. Pandere proposui.

Undecimū capm Accentus normas exhinc variare docebo

¶ Construe. Ego docebo variare. id est mutare exhinc. id est post hec normas. id est regulas accētus siue accentum: hoc est vndecimum capitulum erit de accentibus ibi. Accentus varias.

Duodecimū capm Tandem grammaticas pro posse docebo figuras

¶ Construe Tandem. i. vltimate/docebo grammaticas figuras. i. figuras grammaticales/pro posse. id est iuxta possibilitatem meam. id est duodecimum capitulum erit de figuris grammaticalibus/ibi. Pluribus est membris.

Quamuis doctrina non sit satis generalis

Proderit ipsa tamen pro nugis maximiani

¶ Hec doctrina proderit plus nugis maximiani fabulosi nugacis: quamuis non sit satis generalis. i. multum prolixa: sed vniuersalis. Hic se humiliat.

Post alphabetum minus hec doctrina legetur

Inde leget maius mea qui documenta sequetur

¶ Construe. Hec doctrina. i. liber meus legetur post minus alphabetū. i. post donatum vel priscianū quam vocat alphabetum. Inde. id est postea ille qui seque-

tur mea documenta.id est qui scit librum meum leget maius volumen Prisciani. Et hic ostendit quo tempore ⁊ per quem scolarem legi debeat.

Iste fere totus liber est extractus ab illo

¶ Quia supple iste liber fere id est quasi totus est abstractus ab illo scꝫ prisciano. Et vult dicere ꝙ primo legendus est donatus siue priscianus minor. Deinde liber suus. Quasi diceret ꝙ iste liber est quasi totus extractus a prisciano. Et sic finitur prohemium ⁊ ordo libri.

Rectis as/es/a/dat declinatio prima
Atqꝫ per am ꝓpria quedam ponuntur hebrea

P͞ria declinatio. A/as/es/am.

¶ Id est prima declinatio seu noīa prime declinationis in rectis.i.ntis singularibus faciunt as:vt andreas.in es/vt anchises.in a:vt musa.⁊ patet cōstructio. Atqꝫ pro et quedā propria noīa hebraica seu iudea ponuntur per am.i.terminant̄ per am/vt adam/abraham. Et ita videtur prima declinatio quattuor habere terminationes videlicet as/es/a/⁊ am.

Dans ae dipthongon genitiuis atqꝫ datiuis

Gtō e. Dtō e.

¶ Dans scilicet prima declinatio gtis atqꝫ per ⁊ datiuis ae dipthongon.i.ꝙ genitiui ⁊ datiui singulares prime declinationis faciūt in ae dipthongon/vt poete/muse/licet non scribatur nec proferatur ex toto/vt dicit regula dipthongorum. Nam sunt quattuor scꝫ ae/oe/au/⁊ eu.quarum due scribūtur ⁊ proferūtur ex toto/scilicet au vt audio.eu vt eunuchus.alie due scribūtur:neqꝫ proferūtur.scilꝫ ae/oe.vt muse ⁊ fenum/⁊ hoc seruatur apud modernos.

Am seruat quartus tamen an aut en reperimus
Cum rectus fit in as vel in es/vel cū dat a grecus
Rectus in a greci facit an quarto breuiari

Actō am.

¶ Id est accusatiuus singularis prime declinationis generaliter terminat̄ in am vt poetam et musam. Tamē nos reperimus an aut en in actō prime declinatiōis Cum pro quādo rectus.i.ntūs fit in es.hoc est terminatur in es/⁊ in as.videlicet cū pro qn̄ rectus.i.ntūs dat a.id est terminatur in a. Quasi diceret ꝙ actūs singularis prime declinationis preter generalem terminationē reperitur in an terminari:et hoc est quando ntūs terminatur in as:vt hic eneas/actō hunc eneam vel enean.reperitur in en terminari/et hoc est qn̄ ntūs terminatur in es.vt hic anchises/actō hunc anchisam vel anchisen.reperitur etiā in a correptā terminari.⁊ hoc qn̄ ntūs grecus in a terminatur/vt hec egina:actō hanc eginam vel eginan. Ideo subiungit dicens. Rectus.i.ntūs noīs greci in a terminati facit an breuiari/quarto.id est accusatiuo singulari.

Quintus in a dabitur/post es tamen e reperitur

Vctō a.

Id est vctūs prime declinatiōis terminatur in a:vt vctō o andrea/o anchisa:o poeta. Tamē.i.vctūs in e terminatus reperitur post es.i.post ntm̄ in es terminatū. vt hic anchises/vctō o anchise vel anchisa.

A sextus:tamen es quandoqꝫ per e dare debes

Abltō a

¶ Id est ꝙ abltūs fit in a/vt abltō ab hoc andrea. Tu debes quandoqꝫ.i.aliqn̄ dare es.id est nomen prime declinationis in es terminatū per e in abltō/vt hic anchises.abltō ab hoc anchisa vel anchise.

Am recti repetes quintum sextum sociando

¶ Id est ꝙ noīa prime declinatiōis facientia ntm̄ per am/repetunt illum ntm̄ scꝫ illam terminationem am/in vctō sociando sextum.i.abltm̄. Quasi diceret ꝙ noīa terminata in am in ntō faciūt vctm̄ ⁊ abltm̄ similes:vt hic adam.vocatiuo o adā. ablatiuo ab hoc adam.

ntō plu. e. Primo plurali decet e quintoqꝫ locari
Vctō e. ¶ Construe. Decet per declinationem in primo plurali .i. ntō qꝫ pro et quinto .i. vctō locari e: vt pluraliter ntō hi poete. vctō o poete.

Gtō arū. Atqꝫ secundus habet arum: nisi sincopa fiat
¶ Cōstrue. Atqꝫ pro et secundus .i. gtūs pluralis habet arum: vt poetarum. nisi figura fiat que vocatur sincopa: vt graiugenū pro graiugenarum .i. dñe grecorum. Est aūt sincopa quando littera vel syllaba de medio dictionis eripitur.

Dtō is. Tertius et sextus habet is. tamen excipiemus
Ablō is. Quando mas fit in us / in a femineum: sine neutro
Femineis abus sociabitur vt dominabus
Sexum discernens / istis animas superaddes
¶ Cōstrue. Tertius et sextus .i. dtūs et abltūs pluralis prime declinationis habet is: vt dtō his musis: ablō ab his musis. Tñ excipiemus a predicta regula. Quando mas .i. masculinū genus fit in us: vt dñs. femineū in a vt dña sine neutro .id est qꝫ talia nō habeāt neutrū: vt dñs dña / nō enim dicimus dñm in neutro gñe / in femininis terminationibus horū taliū noim: hec terminatio abus sociabitur dtis et ablatiuis pluralibus: v dñabus mulabus. Et hec est causa differentie masculorū suorum nō obstante qꝫ sint prime declinationis: qꝫ hec noīa feminea regulariter debeant in is terminari. Sexum discernens in talibus noībus: qꝛ debent esse res animate: vt dñs dña. Nam si talia noīa signēt res inanimatas nō facerēt dtm et ablatiuum plurales in abus / sed in is: vt pugnus pugna. Nec etiā si sexus nō discernitur: vt columbus columba. Etiam requiritur qꝫ femineum recte formetur a masculino recte mutādo us in a / et per hoc excipitur gallus et gallina. Requiritur etiā qꝫ significatio nō varietur. Et per hoc excipitur lacertus lacerta. Nam lacertus significat brachium. Lacerta serpens est. Deinde dicit autor. Tu superaddes istis hoc nomen animas quod facit animabus.

Actō as. Accusatiuis pluralibus as sociabis
¶ Tu declinator sociabis as accusatiuis pluralibus prime declinationis: vt accusatiuo has musas.

Versibus his terna fit declinatio prima
¶ Cōstrue. Prima declinatio fit nota .i. manifesta tibi his versibus supradictis.

¶ De secunda declinatione.

Er / ir / ur / us / eus / um. Er vel ir ur aut um us aut eus pone secunda
¶ Construe. Pone in secunda declinatione in ntō singulari has terminationes videlicet er / vt magister. ir / vt vir. ur / vt satur. um / vt scamnū. us / vt dominus. eus / vt thydeus.

Gtō i. I genitiuus erit: sed quando rectus habebit
Ir aut ur aut eus. genitiuus eum superabit
¶ Id est qꝫ gtūs singularis noīm scđe declinatiōis terminatur in i pductā: et quōcūqꝫ faciet ntūs / vt magister magistri. vir viri. satur saturi .i. repletus. scamnū scāni. dñs dñi. thy eus thydei / propriū nomē. Sed est sciendū qꝫ gtūs aliqñ superat ntm̄ qñ ntūs terminatur in ir: vt vir viri. in ur: vt satur saturi. in eus / vt thydeus thydei. eius gtūs licet nō iudicatur crescere tñ crescit: qꝛ thydeus est dictio bisyllaba et non trisyllaba cum sit dipthongata in fine: thydei vero trisyllaba.

us um nō crescēs. Um par fiet et us: sed quod fit in er variamus
¶ Um .i. nomē scđe declinatiōnis in um terminatū: vt scamnū. Et us .i. nomē scđe decli-

nationis in us terminatum: vt dñs. fiet par .i. equale in ntõ et gtõ. Sed nos varia
mus istud quod fit in er. Quasi diceret illud ꝙ tale nomen in er terminatum ali
quando crescit in gtõ: vt puer pueri. Aliquando non crescit: vt magister magistri.
Et hoc declarat inferius per regulas speciales.

Er sp iuncta superabit et er sine muta — Er cres / sine mut

¶ Hic ponit duas regulas quarum prima talis est. Nomē scđe declinationis in er
terminatū sp precedente: seu iuncta vel coniuncta sup abit in gtõ: vt asper asperi.
prosper prosperi. Alia ponitur cū dicitur. Et er sine muta .i. nomē terminatum in
er sp precedente seu iuncta vel coniuncta sup abit in gtõ: vt in er nulla muta prece
dēte sup abit in gtõ. vt puer pueri. ¶ Nota ꝙ nouē sunt mute scꝫ b/c/d/f/g/k/p/q/t.

Si si presit genitiuus non superabit

¶ Hec sententia est ꝙ gtūs non superabit ntm̃ si st presit er: vt magister magistri.
minister ministri.

Huic nomine suberit ternā de sequester habebit

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomen sequester suberit huic nomine .i. regule predicte .s. st si
presit qđ seruat regulā .i. nō crescit in gtõ. Et declinatur ntõ sequester sequestra se
questrum. gtõ sequestri ꝛc. Potest etiā declinari per tertiam declinationē: vt ntõ
hic sequester/hec sequestris/hoc sequestre .id est pacificator discordiarum.

Par est cum mute subit er per a dans muliebre — Et nō cre / scens.

¶ Nomē in er scđe declinatiōis terminatum est par .i. equale ntõ ꝛ gtõ: cū pro ea
ista terminatio er/suberit mute .i. sequitur mutā: dans muliebre .i. femininū gen⁹
per a. vt ntõ pulcher pulchra pulchrum: gtõ huius pulchri.

Hinc tamen excipias que de gero vel fero formas

¶ Hic autor ponit exceptionē a regula predicta dicens. Tn̄ excipias .id est excipe
re debes hinc .i. ab ista regula illa noīa que tu formes per deriuationē seu per cō
positionē de gero/geris: vel de fero fers: qꝛ licet illa noīa habeāt mutam ante er:
tamen habēt gtm̃ superantē ntm̃: vt dapifer dapiferi: qui portat dapes. Armiger
armigeri: qui portat arma. In his enim et similibus littera muta precedit er. vi
delicet f. ꝛ g. A .i. femininū in a. vt dapifera/armigera. Gtūs tamen superat ntm̃:
vt dapiferi/armigeri.

Crescant que dant us et adulter erit superandus — Us cres / scēs.

¶ Hic ponitur vna regula per modū exceptionis: que talis est. Illa noīa que dant
us in gtõ crescunt .i. hn̄t gtm̃ superantē vel in syllabis: vt vnus vnius/alter alteri⁹
vel in temporibus vt alius alius. Et hic ntūs adulter erit superandus a gtõ: licet
habeat mutam ante er/ꝛ femininū in a. et est adulter ille qui vadit ad alienū tho
rum siue ad alienā vxorem. Similiter etiam illa que ponuntur in sequētibus ver
sibus habent gtm̃ superantem non obstante regula. Par est cum mute.

Celtiber atqꝫ lacer liber socer ac iber atqꝫ
Presbyteri cum mulcibero memor esse memēto — Ista cres / scunt.

¶ Celtiber .i. quidā populus. lacer .i. laceratus/liber .i. francus. Etiam liberi sunt
filij ꝛ filie .i. proles. Etiā est deus vini: et pro istis significatis crescit. Sed liber pro
codice ꝛ pro cortice nō crescit. Socer .i. pater vxoris aut pater viri: Iber populus
hispanie atqꝫ pro et tu memēto esse memor hui⁹ noīs presbyteri cū hoc noīe mul
cibero: qꝛ oīa ista hn̄t gtm̃ superantē ntm̃. Presbyter dr̄ quasi prebens iter. Mulci
ber dicitur quasi mulcens imbrem: vel quasi mulcens ꝯ: ꝛ idem est ꝙ ferrarius.

Dexter format eri poteris quoqꝫ dicere dextri

¶ Hoc nomen dexter aliquādo facit dexteri: ꝛ sic habet genitiuū superantē et ali
quando dextri et sic non habet genitiuum superantē (anglice ryght). Unde. Nūꝙ
vir dexter desiderat esse sinister.

Noia non crescētia.

Cetera cum muta dic esse frequentius equa

¶ Snia talis est videlicet ꝙ cetera noīa scđe declinatiōis in er terminata que nō possunt comprehendi in regulis predictis sunt equalia in ntō et gtō: vt ager agri. faber fabri. ¶ Constructio talis est. Tu dic cetera a predictis cum muta scʒ precedente sepius esse equa .i. equalia in ntō ⁊ gtō.

Crescunt ista octo.

Unus et vllus vter et nullus solus et alter
Totus dant in ius genitiuos addes alius
Namqʒ tenent normam pronominis ista secūdam

¶ Quia superius dixit ꝙ noīa que dant ius in gtō crescūt: nūc specificat in istis versibus que sunt illa noīa que habent ius. Et dicit sic. Ista noīa videlicet vnus et vllus ⁊c̄. dant in gtō ius. Tu etiam addes his predictis alius quod facit alius. Sed dimissis aliis que clara sunt: attende super hoc noīe alius cuius gtūs videtur esse equalis ntō. Respōde ꝙ si nō crescit in syllabis crescit tñ in temporibus/ qꝛ producitur in gtō. ⁊ in ntō breuiatur. Deinde dicit autor. Namqʒ .i. quia ista noīa tenēt secundam normā pronominis .i. variantur ad modum secundi modi pronominis ¶ Et si queratur vtrū sint nomina vel pronomina. Responde noīa naturā pronominis habentia in modo declinandi ⁊ in modo significandi.

Eus dat ei vel eos genitiuo more pelasgi

¶ Quasi dicat Nomina secunde declinationis in eus terminatum habet duplicē gtīn scilicet eos vel ei. vt hic thydeus. gtō huiꝰ thydei vel thydeos: ⁊ hoc more pelasgi .id est greci.

Cum datur ij bina iacitur quandoqʒ suprema

¶ Dicit ꝙ cū pro quādo bina ij .i. geminū ij datur in gtō suprema .i. vltima vel aliquādo iacitur .i. abijcitur. Et hoc fit causa metri vt in versu. Quid timeas non est anthoni scripta leguntur. Et ponitur anthoni pro anthonij.

Datiuo ⁊ ablatiuo.

Tertius o posuit: sextumqʒ sibi sociabit

¶ In hoc versu ponit regulā de datiuo et ablatiuo singularibus secunde declinationis dicens. Tertius .id est datiuus posuit o .id est terminatur in o. vt domino/ ꝙ pro et sociabit sibi sextum .id est ablatiuum. ⁊ hoc in eadem terminatiōe videlicet in o vt domino.

Sed dabis i terno cum feceris us genitiuo

¶ Hic ponit exceptionem a regula datiui ⁊ dicit. Sed tu dabis i terno .i. datiuo/ cū pro quādo feceris ius in gtō: vt vnus vnius vni. alter alterius alteri.

Actō um.

Um retinet quartus: sed neutris prouideamus
Primum cum quarto quintoqʒ sono dabis vno

¶ Hic ponit regulā de actō dicens. Quartus .i. actūs retinet um/ vt actō hūc magistrum. Deinde ponit vnum notabile siue vnam regulā validā in qualibet declinatione. Sed prouideamus .i. prouidentiā habeamus in neutris. In ipsis enī neutris prouideamus cuiuscunqʒ declinationis sint. Nos decet dare primum .i. ntīn/ cum quarto .i. cū actō/ ꝙ pro et quinto .i. vctō vno sono .i. sub vna terminatiōe quasi dicat ꝙ noīa neutra hñt ntīn/ actīn/ ⁊ vctīn similes in omni declinatione. In prima/ vt hoc pascha. actō hoc pascha. vctō o pascha. In scđa/ vt hoc scamnum. actō hoc scamnū. vctō o scamnū. In tertia/ vt hoc thema. actō hoc thema. vctō o thema. In quarta/ vt hoc cornu. actō hoc cornu. vctō o cornu. In quinta vero non est exemplum: quia nulla nomina neutra reperiuntur quinte declinationis.

On iunges grecis menelaon erit tibi testis

¶ Tu iunges on grecis noībus in actō singulari. Quasi dicat ꝙ noīa greca secūde

declina. preter generalē terminationē p̄sūt ūtī in on terminari: vt hic menelaus. actō hunc menelaum vel menelaon. et hoc est quādo dicit Menelaon erit tibi ꝛc̄.

Cum tenet eus rectus aliquando fit per a quartus

¶ Sententia est ꝙ quando nominatiuus desinit in eus. quartus .i. actūs fit aliqñ per a. vt hic thydeus/ actō hunc thydeum vel thydea.

Rectus in r vel in um similem faciet sibi quintum Vctō r.

¶ Hic autor ponit regulam de vocatiuis singularibus scd̄e declinationis/ et dicit rectus .i. ntūs in r litterā terminatus vel in um facit quintum .i. vctm̄ sibi similem vt magister. vctō o magister. hic vir/ satur. vctō o vir/ satur. ꝛ hec dorcium ꝛ sic philorcium ꝛ gliscerium/ que sunt noīa greca. Vctō um

Ex er quandoq̧ per metathesim reperis re

¶ Dicit ꝙ propria nomina in er terminata aliqñ faciunt vctm̄ in re. vt hic leāder vctō o leander vel leandre. ꝛ hoc fit per figurā que dicitur metathesis. Metathesis nichil aliud est ꝙ̄ transpositio litterarum. ¶ Constructio talis est. Tu reperis quandoq̧ re in vocatiuo ex er. id est ex nomine terminato in er per metathesim. id est per illam figuram que sic nominatur.

Recti dipthongus dabit eu quinto quasi grecus raro p eu

¶ Id est noīa terminata in eus dipthongon faciunt eu in vctō: vt hic thydeus. vocatiuo o thydeu. quasi grecus. id est secundū grecam declinationē.

Cum proprium dat ius tenet i quinto iaciens us Sepe p i.

¶ Id est noīa ꝓpria in ius terminata vctm̄ remota us faciunt in i/ vt anthonius/ vctō o anthoni. Et hoc in noībus proprijs terminatis in ius. ¶ Cōstrue. Quintus tenet i/ cum pro quando proprium scʒ nomen dat ius/ iaciens i abyciens us.

Us mutabis in e sic formas cetera recte Sepi⁹ p e

¶ Id est cetera noīa scd̄e declinatiōis. que non possunt contineri sub aliqua regula predictarum formant vctm̄ a ntō mutando us in e/ vt dn̄s/ us in e/ fit domine.

Quintus habet casus fili deus agne vel agnus
Et vulgus pelagus populus fluuiusq̧ chorusq̧

¶ Dicit autor ꝙ noīa que in littera ponuntur non penitus seruāt regulā predictā quia filius facit fili/ ꝛ aliqñ filie/ ꝛ tunc seruat regulam. deus. o deus. agn⁹. o agne vel agnus. vulgus. o vulgus. pelagus. o pelagus. populus. o populus. fluuius. o fluuius. chorus. o chorus. ¶ Ordina sic litteram. Quintus casus .i. vctūs huius noīs filius habet fili/ deus/ o deus in vctō.

PRimo plurali quinto simul i sociabis Ntō plu

¶ Id est noīa secūde declinatiōis in primo plurali/ hoc est in ntō ꝛ quinto .i. vctō faciūt i productā: ꝛ hoc intelligitur in masculino feminino et cōi genere: et pluraliter ntō hi dn̄i/ pluraliter ntō he papiri/ pluraliter ntō hi philosophi. In neutro aūt genere statim regula dabitur ꝛ doctrina. ¶ Construe. Tu sociabis i/ primo plurali .i. ntō. ꝙ pro et quinto .i. vctō. Vctō i.

Hos casus neutri quartumq̧ decet per a poni Neutra a

¶ Snīa est ꝙ noīa secūde declinationis neutri gn̄is in ntō actō et vctō pluralibus faciunt a/ vt pluraliter ntō hec scamna. actō hec scamna. vctō o scamna. Text⁹ vero sic ordinatur. Decet .i. debitū est hos casus predictos scʒ ntm̄ actm̄ ꝛ vctm̄ neutri. id est in omnibus noībus neutri gn̄is/ poni .i. terminari per a.

Dic nisi concisis orum fieri genitiuis Gtō orū.

¶ Autor ponit regulam de genitiuo plurali secunde declinationis/ et dicit ꝙ genitiuus pluralis secunde declinationis facit orum: vt dominorum: nisi sint conci=

sua sincopata. ¶ Littera sic ordinatur. Tu dic orum fieri gtis pluralibus secunde declinationis nisi in concisis.i.in sincopatis: vt duum pro duorum.

Dtō is. **Tertius is finit: sextumqꝫ sibi sociabit**

Abltō is. ¶ Tertius.i.dtūs pluralis finit in is: vt dtō his dñis: qꝫ pro et sociabit sextū.i.ablatiuum/sibi.i.in eadem terminatione: vt abltō ab his dñis.q.d.qꝫ dtūs ꝛ ablatiuus plurales secunde declinationis faciunt is.

Actō os. vel a. **Os faciet quartus: nisi neutris a damus illis**

¶ Quartus.i.actūs faciet os: vt dños: nisi in noībus neutris que non faciūt actm̄ in os: sed nos damus illis scꝫ neutris a.vt actō hec scamna.

Excipis ambo duo tamen hec heteroclita pono

¶ Quasi dicat qꝫ hec duo nomina amboꝫ duo excipiuntur a regula predicta quia deberent facere amba et dua in neutro genere ꝛ non faciunt cū heteroclita sunt ꝛ de eorum declinatione tractatur in capitulo heteroclitorum.

¶ De nominatiuis tertie declinationis.

A/E/O. **O dabit eqꝫ vel a tibi declinatio terna**

¶ Tertia declinatio dabit.i habebit has terminationes in ntō casu singulari videlꝫ o/vt sermo.e/vt mare.a/vt thema.ꝛ multas alias habebit: vt inferiꝰ patebit

C/D. **C iunges a vel e/d vult i sola preesse**

¶ Inueniūtur etiā terminata in c precedente a/vt lac lactis/vel c precedēte e.vt allec allecis. Et hoc est qꝫ dicit. C iunges a vel e. Inueniuntur etiā terminata in d/sola i pcedēte vt dauid: nec pōt alia vocalis pcedere d.ideo dt. D vult i sola pesse.

L. **L cum vocali patietur qualibet addi**

¶ Inueniūtur quoqꝫ nola terminata in l/qualibet vocali pcedente.a/vt animal.e vt mel.i/vt vigil.o/vt sol.u/vt consul. Ideo dicit ista littera l.patietur addi cū qualibet vocali. Et est sciendum qꝫ vocales sunt quinqꝫ scꝫ a/e/i/o/u.

N. **N u non iunge reliquis vocalibus adde**

¶ Inueniūtur etiam terminata in n/qualibet vocali precedēte preter u.exemplū de a/vt tytan.i.sol.de e/vt nomen.de i/vt delphin.de o/vt demon. Expone igitur sic. Tu nō iunges hanc litteram n: huic vocali u sed bene cum reliquis vocalibus scilicet a/e/i/o.

R/S. **Cuilibet r iunges. S insuper oibus addes**

¶ Inueniūtur etiā terminata in r littera qualibet vocali precedente.a/vt torcular.e/vt pater.i/vt martyr.o/vt soror.u/vt murmur. Textus sic exponitur. Tu iūges cuilibet vocali r. Inueniuntur quoqꝫ terminata in s qualibet vocali precedente.a/vt pietas.e/vt sedes.i/vt lis.o/vt flos.u/vt rus. Et hoc est qꝫ dicit. Tu addes insuper omnibus vocalibus.

B/s. **B quoqꝫ preposita datur omnibus s sociata**

¶ Dicit autor qꝫ ista littera s datur sociata omnibus vocalibus preposita b.a/vt arabs: ꝛ est quidā populus.e/vt celebs i.castus.i/vt calibs(stele)o/vt scrobs: fossa scilicet illa quam porci faciunt.u/vt vrbs.i.ciuitas.

Uls/ems **Uls vt puls sequitur: sed ems vt hiems reperitur**

¶ Dicit autor qꝫ etiam inueniūtur iste due terminationes: uls vt puls.i.pulmentum(pappe) Et inuenitur hec terminatio ems: vt hiems.i.tempus frigidum.

N/s. **N si preponas s omnibus addere debes**

¶ Dicit autor qꝫ si tu preponas hanc litterā n huic littere s/tu debes addere omnibus vocalibꝰ.exemplū de a/vt glās: fructꝰ quercus(eckell)de e/vt mens.de i.vt

lyrins.i.quoddam oppidum.de o/vt mons.de u/vt quicuns/cis.decuns/cis.

Non u sed reliquis s p preeunte locabis Ps.

¶ Tu locabis hanc litterā s/nō cū ista vocali u/sed cū reliquis precedente p. Exē pla patēt.a/vt daps (anglice mete) e/vt adeps.i.pinguedo farine vel alterius rei. i/vt stips.i.truncus arboris. Inde venit hec stipula.de o/vt ops.id est terra.

Non i sed reliquē preunt rs sociate Rs.

¶ Sensus est q̄ ista vocalis i/nō preit: sed reliquē vocales bene preūt r/sociate s. Quasi diceret omnes vocales preter i/possunt p̄cedere rs.de a/vt ars.de e/vt iners.de o/vt mors.de u/vt tyburs: nomen fluuij.

Dicimus aes vt praes: aus vt laus iūgere debes Aes/Aus

¶ Sēsus est q̄ ineniūt noīa termīata ī aes vt praes.⁊ alia termīata ī aus vt laus

Irps vt stirps iunges. u sola in t sociabis Irps.

¶ Tu iunges predictis termīationibus irps/vt stirps.i.progenies vel trūcus arboris. Tu sociabis u solam et non aliam vocalem huic littere t/vt caput.

X cum vocali patictur qualibet addi X.

¶ Sensus est q̄ ista littera x/patietur addi.i.poterit iungi cū qualibet vocali. Exemplū de a/vt pax.de e/vt rex.de i/vt nix.de o/vt nox.de u/vt lux.

Alx dabit anx rx unx vt calx lanx arx quoq̄ coniunx

¶ Sensus est q̄ ista noīa tertie declinationis dabunt in ntō singulari has terminationes.alx vt calx cementum vel talus pedis.anx vt lanx.id est magna scutella.rx vt arx.id est summitas.unx vt coniunx.i.coniugatus vel coniugata.

¶ De gtis tertie declinationis.

Format nomen in a gtm̄ tis sibi iuncta A/atis.

¶ In ista parte autor ponit regulam de gtō veniente a nominatiuo terminato in a/et dicit sic. Nomen terminatū in a/format gtm̄ hac syllaba tis iūcta/vt hoc thema addita tis fit thematis.

Is facies ex e: veluti mare siue cubile E/is.

¶ Hic ponit regulam de genitiuo veniente a nominatiuo in e/⁊ sic exponitur littera. Tu facies is ex e.i.ex noīe terminato in e.quasi dicat q̄ nomina in e terminata mutant e in is/formādo gtm̄ singularē: veluti mare/e in is fit. maris.cubile e in is fit cubilis.id est lectus vel camera.

Onis habes ex o/sed inis do perficit et go Do/inis.
Femineo genere/nemo sociatur homoq̄ Go/inis.
Ordo vel margo cardo cum turbine virgo
Sic ⁊ appollo facit britonisq̄ brito caro carnis

¶ Dicit autor sic. Tu habes in gtō singulari tertie declinationis onis penultima producta ex o.id est ex ntō terminato in o/vt sermo sermōis. Hic autor ponit exceptionem dicēs. Sed do go in feminino genere perficit gtm̄ in inis penultima correpta/vt dulcedo dulcedinis.i.suauitas.caligo caliginis.i.tenebre.nemo/q̄ pro ⁊/homo sociatur predictis vtrūq̄ facit gtm̄ in inis penultīa correpta.vt nemo neminis.homo hominis. Et illa que sequuntur in lr̄a sociantur predictis.vt ordo ordinis.margo marginis.⁊ est spacium qd̄ circūcirca litteras vel fluuios est. Cardo cardinis est ferrum que voluitur hostium. Inuenitur etiam cardo/onis.⁊ est quedam herba spinosa. Turbo/inis est turbatio maris vel alteri⁹ rei. Virgo facit virginis.⁊ appollo appollinis.i.sol. Brito facit britonis quidam populus. Caro etiā excipitur qd̄ facit carnis et non caronis.ideo dicit autor. Caro carnis.

Capitulum primum

C/is. **Lac lactis ponit: allec allecis habebit**

¶ Dicit autor q hoc nomen lac habebit lactis in gtō. et hoc nomen allec habebit allecis in gtō. et est quidam piscis de quo dicitur. Allec assatum thuringis est bene gratum. De solo capite faciunt bene fercula quinqꝫ.

L/is. **Is post l pone: sed lis mel felqꝫ dedere**

¶ In hac parte autor ponit talem regulam de genitiuo veniente a ntō terminato in l. et dicit sic. Tu pone is post l. Quasi dicat q noīa terminata in l/faciunt gtīm addendo is: vt animal adde is fit animalis. Sed mel et fel excipiūtur: quia suscipiunt lis in gtō: vt mel addita lis fit mellis. fel addita lis fit fellis. Et hoc est q dicit. Sed lis mel felqꝫ dedere.

Al/is. **Al alis longa .n dat neutro cetera curtam**

¶ Nomē neutrum in al terminatum dat alis longam in gtō: vt animal animalis/ penultima producta. Cetera scilꝫ que non sunt neutra dant alis curtam in gtō: vt hanibal hanibalis. et est proprium nomen viri.

El/is. **Curtam pone salis/longam dant elis et olis**

Ol/is. ¶ Excipitur hoc nomen sal qđ cōmuniter sit neutri gñis corripit tamen penultimam: et ideo dicit. Curtā pone salis. i. penultimā gti. Inuenitur etiā sal masculini gñis et tunc tenet illam regulam. Cetera curtam. Longam dant elis et olis. i. genitiui terminati in elis/et olis dant penultimā longam: vt michael michaelis. sol solis.

Ul/ulis. **Ul dat ulis: il ilis/consul pugil tibi testis**

Il/ilis. ¶ Dicit q nomen terminatum in ul/dat ulis in genitiuo. et nomē terminatum in il/dat in genitiuo ilis vtrobiqꝫ penultimā corripiendo. Consul consulis. pugil pugilis est tibi testis. id est exemplum. Et est consul ille qui donat consilium. Pugil ille qui cum alio pugnat.

An/anis. **An erit is iuncta fietqꝫ penultima longa**

¶ In hac parte autor determinat de genitiuo veniente a ntō terminato in an/et dicit sic. An erit is iuncta. Hec terminatio is/erit iuncta an in ntō terminato in an et hoc intellige formando genitiuum: vt tytan/adde is fit tytanis. penultimamqꝫ producit. Et ideo dicit. fietqꝫ penultima longa.

En/inis. **E super n dat inis curtam: sed deme lienis**

¶ Autor determinat de gtō veniente a ntō in e precedente et dicit sic. E super n. i. nomen terminatum in n precedente e/dat inis curtam in gtō. vt nomen nominis. Deinde ponit exceptionē dicens. Sed deme. i. excipe a regula precedente hoc nomen lien/et declinatur hic lien lienis/et est quoddam intestinum: deberet enim facere lynis penultima correpta/et facit lienis penultima producta. Excipiūtur etiam illa que ponuntur in littera sequenti.

In/inis. **Renis syrenis splenis. Sed in dabit inis**

¶ Ren renis declinatur sic. hic ren renis est intestinum a quo ruit materia luxurie (lechery) Syren syrenis aūt sic declinatur. hec syren syrenis est piscis marinus vel periculum maris. Splen sic declinatur. hic splen splenis (the mylt) Sed in dabit inis. Dicit autor q nomen in in/terminatū dat inis in genitiuo penultima producta: vt delphin delphinis est piscis marinus magnus valde humanus.

On/onis. **On sibi copulat is sed quedā propria dant tis**

¶ In hac parte autor determinat de gtō veniente a ntō terminato in on/dicens. On .id est ntūs in on terminatus: copulat sibi hanc terminationem is/formando gtīm: vt demon demonis. Deinde ponit exceptionem dicens. Sed quedā propria noīa dant tis: vt demophon demophontis: proprium nomen.

¶ De qualitate propria et appellatiua.

Quod nomen proprium quod non ita sit tibi notum
Id proprium dices quod non notat vniuoce res
Plures: namqꝫ duo sensu non signat in vno

¶ Quia magister immediate facit mentionē de noie proprio. Nūc declarat quid sit propriū nomen dicens ꝙ illud est propriū nomen qḋ non importat plures res vniuoce. id est sub vna vocis institutione: et non significat duo in vno sensu: vt petrus. ¶ Ordina sic litterā. Illud supple nomen quod est proprium sit notum. i. manifestum. ita vt sequitur. Illud supple nomen quod nō est proprium: immo appellatiuum sit tibi notum: ita vt sequitur: Tu dicis. id est propriū nomē quod non notat. i. importat plures res vniuoce. i. per vnā impositionē. Namqꝫ pro certe ppriū nomen non significat duo in vno sensu. i. significato. Quasi dicat nomen proprium non debet importare plus ꝙ̄ vnam rem per vnam impositionem. Sed si opponatur: quia si contingat duo vniuoce baptizari: ⁊ ambos Gregorius nominari. Gregorius duo significat vna impositione. Uolunt aliqui dicere ꝙ Gregorius in aliis proprium est: licet duos contingat vel plures in eodē nomine simul ⁊ semel baptizari vel nominari. Nihilominus attēto baptismatis lauacro illius duobꝰ vel pluribus sigillatim infusum nomen quod communiter imponitur vnicuiqꝫ est ppriū et non appellatiuum. Ideo sequitur. Non licet.

Non licet vniuoce proprium tibi plura notare

¶ Non licet. i. non est debitum propriū nomen / notare. i. importare plura tibi vniuoce. i. sub vna vocis institutiōe vel vna vocis impositione: sed bene equiuoce sub diuersis impositionibus: et diuersis rationibus.

Appellatiuis varias res vniuocabis

¶ Tu vniuocabis. i. sub vna vocis institutione vocabis / significabis / vel importabis varias res appellatiuis: hoc est in appellatiuis nominibꝰ. Quasi diceret ꝙ nomen appellatiuum est illud quod vniuoce plura significat: vt homo. Et sic patet differentia inter proprium et appellatiuum.

Is post ar pone: sed far facit r geminare Ar / aris.

¶ In hac parte autor determinat de genitiuo veniente a ntō terminato in ar / et dicit sic. Tu ponis is post ar. id est post nomen in ar terminatum debes addere is formādo eiꝰ gtīn: vt torcular / addita is fit torcularis. i. pressoriū (anglice a presse) Deinde ponit exceptionem dicens. Sed far facit r geminare in gtō: vt far / gtō huius farris. Et hoc ad differētiā huius nominis far / faris verbi quod scribitur per vnum r. Est autem far / farris pinguedo frumenti.

Que primaria sunt nisi naris curta manebunt

¶ Modo vult autor ostendere quanti proferri debeat penultima genitiui nominis terminati in ar / et dicit. Illa que sunt primaria. i. primatiua manebunt curta in penultima genitiui / vt nectar nectaris. id est claretuꝫ dulcis potus. Nar naris: nomen fluuii: quod longatur ꝙ̄uis sit primitiuum.

In deriuatis neutro producitur aris

¶ Penultima genitiui in aris terminata pducitur in neutris noībus deriuatiuis hoc est deriuatiue speciei: vt torcular / torcularis: dicitur a torqueo torques.

Primitialis erit vox in qua dicitur esse
Primum proposite data significatio secte

Species pmatiua ⁊ deriuatiua.

¶ Quia in precedente regula magister fecit mentionem de primatiuis et deriuatiuis. Ideo nūc declarat quid sit vox primatiua dicens. Uox primitialis. id est primatiua erit illa in qua significatio secte. id est significationis primum ꝓposite dici

tur esse data. Verbi gratia/ quia prima impositum fuit ad significandum talē rem cuius significatum a nullo alio dependet. ideo dicitur primitiuum.

Est deriuata vox que descendit ab illa

¶ Quasi diceret q̄ illa vox .i. dictio que deriuatur ab illa scilicet voce p̄mitiua est deriuatiua: vt ab hoc nomine martinus deriuatur martinenus. vel martinianus/ na/ num. possessiuum nomē. Ideo dicitur deriuatiuum: quia descendit ab illo. Itē a mare marinus vel marinarius.

regula de cōpositis. **Simplicium norma formabis compositiua**

¶ In isto versu ponitur vnum notabile multū vtile: quod exponitur sic quantum ad litterā. Tu formabis compositiua .i. dictiōes cōpositas/ normas .i. scd̄m normā simplicium. Quasi diceret q̄ cōposita variātur scd̄m eorū simplicia. Verbi gratia pater est dictio simplex ⁊ facit patris in genitiuo: ita eius compositum compater facit compatris. Valet etiam in genere. Naz sicut mater est generis feminini: ita commater est generis feminini. Valet etiam in prolatiōe syllabarum. Nam sicut mater producit primam syllabam scʒ ma. ita eius compositum scʒ cōmater p̄ducit eandem. Valet etiam in compositis verborum. Nam sicut facio facis facit feci in preterito/ ita inficio eius compositum facit infeci. Verūtamen hec regula varias pariter exceptiones que suo loco et tempore distinguentur.

Figura cō posita. **Dictio compositam dicetur habere figuram**
Quam licet in geminas partes distinguere quarum
Significata gerit vox designanda per ipsam

¶ Quia magister fecit mentionē de compositis et simplicibus. Nūc declarat que sit dictio composita/ et que dictiones inter ea requiruntur. Dicit ergo sic. Illa dictio dicitur habere figurā cōpositā quā dictionē licet distinguere .i. diuidere in geminas partes. Nā oīs dictio cōposita potest diuidi in duas partes quarum partium designanda per illam dictionē compositam/ gerit .i. importat significata. id est partes idem significant cū dictione composita: vt magnanimus qd̄ componit ex magno corrupto et animus integro. Utraq̄ enim pars gerit significata illi⁹ dictionis composite. Magnanimus enī signat de grandi animo: aliter enim nō esset dictio cōposita nisi posset diuidi in duas partes idem cū composito significantes: et ideo licet magister bene possit diuidi in duas partes .s. magis et ter: tamen nō est cōposite figure: quia ille partes significant idem cum magister.

Non poteris tale sub simplici scisma notare

¶ Tu nō poteris notare .i. inuenire tale scisma .i. talem diuisionem sub nomine simplici. quasi dicat noīa simplicia non possunt diuidi sicut composita.

De ar. **Et dices epatis iubaris cum nectare ponis**

¶ Reuertitur ad propositū illius regule. In deriuatiuis neutro. Et excipit autor aliqua noīa regulā non obseruantia dicit itaq̄. Et dices epatis in gtō: huius nois epar qd̄ significat iecur (the lyuer) et excipitur a regula generali. In post ar pone. deberet enim facere eparis ⁊ facit epatis/ iubar iubaris .i. splendor/ vel coma leonis vel alterius animalis/ ⁊ excipitur a regula. In deriuatiuis: nectar etiā regula excipitur. In deriuatiuis: quia cum sit neutrū et deriuatiuū a necto/ nectis/ nectere/ nexum/ nexu. corripit gtm̄ scʒ nectaris: ⁊ idem est qd̄ claretū. Ideo dicit autor/ iubaris cum nectare ponis.

Asparis vsus habet ⁊ bostaris additur istis

¶ Dicit autor q̄ ista duo noīa bostaris ⁊ asparis breuiātur in gtō. Ideo dicit vsus habet bostaris. Asper ⁊ paries factus ex asseribus. Alij dicunt ex terra viscosa vel alij factum causa summitatis. Bostar propriū nomen corripit gtm̄/ sed aliquādo est locus boum/ et tunc producit gtm̄. V⁹. Cum bostar presepe notat producit aris. Cum propriū nomen/ tunc breuiat aris.

De tertia declinatione.

Er tibi prebet eris: cer mobile vertitur in cris Er/eris.

¶ Er. id est nominatiuus tertie declinationis in er terminatum prebet eris in genitiuo penultima correpta: vt aer aeris (the ayer). Deinde dicit/cer mobile. id est nomē adiectiuū tertie declinationis in cer terminatū/vertitur. i. mutatur in cris in genitiuo/vt acer cer/in cris facit acris (sharpe).

Ter per tris forma: sint iupiter et later extra Ter/tris.

¶ Ponit autor exceptionem dicens. nōia tertie declinatiōis in ter desinentia mutāt ter in tris in gtō: vt pater: ter in tris fit patris. Ideo dicit: tu forma ter. i. nomē in ter terminatū in gtō. Deinde ponit vnam subexceptionem dicens. Iupiter & later sint extra. id est excipiuntur a regula quia iupiter deberet facere iupitris/& facit iouis. later deberet facere latris/& facit lateris.

Ether & crather: per bris formabitur imber
Et sua composita: ver et crather dabit eris

¶ Excipiūtur etiā ether & crather ab illa regula. Ter per tris forma. deberent facere ethris & crathris: faciunt etheris et cratheris. ether. id est aer. Deinde dicit. Per bris formabitur imber. i. facit imbris. & est exceptio ab illa regula. Er tibi prebet eris. deberet enim facere imberis/& facit imbris. Et sua composita excipiūtur quia faciunt gtm̄ in bris. vt nouēber nouēbris. decēber decēbris. Ver & crather dabit eris. ver excipitur ab illa regula. Er tibi prebet eris. deberet eni corripere penultimā gti: & producit. Similiter et crather quod etiam excipitur ab illa regula Ter per tris. deberet facere crathris & facit cratheris: & est ciphus ex quo potatur. & differt a crathes. vn̄. Est ciphus crather: res ferrea sit tibi crathes.

Ir breuiabit iris: martyr fiet tibi testis Ir/iris.

¶ Dicit q̄ nomina terminata in ir/faciunt genitiuum in iris/penultima correpta vt martyr martyris.

Is post or pone: cor cordis debet habere Or/oris.

¶ Autor ponit regulā de gtō veniēte a ntō terminato in or dicēs. Tu pone hanc terminationem is post or. i. post nomen in or terminatum: vt marmor addita is/fit marmoris. id est lapis durus & satis nobilis. Et color addita is fit coloris. Sed cor excipitur quod facit cordis in genitiuo.

Mas aut commune dabit oris femineumq̄

¶ Dicit autor q̄ nōia terminata in or/masculini aut feminini & cōis generis producunt penultimā genitiui: vt dolor doloris/soror sororis/melior melioris.

Format oris rhetor/memor/arbor/neutraq̄ castor
Et quedā propria velut hectoris: addeq̄ nestor

¶ Hic autor ponit exceptionē a regula predicta subiungens regulā de neutris: et de hoc nōie castor: et dicit. Format oris rhetor. i. hoc nomē rhetor corripit penultimā gti: cuiuscūq̄ sit masculini seu cōis gn̄is: & est rethor aliquis qui ornate loquitur. Excipiūtur etiā illa que ponūt infra que corripiūt penul. gti: vt hic & hec & hoc memor. hui⁹ memoris qui recordat alicui⁹. hec arbor/hui⁹ arboris. Et neutra nōia terminata in or corripiūt penul. gti: vt marmor/oris. & hoc nomē castor/cor. gtm̄. & est quoddā aial: vel ꝓpriū nomē viri. & tūc ꝓdu. gtm̄. Et quedā ꝓpria sociātur his ꝑdictis: q: corripiūt gtm̄: vt hector hectoris/nestor nestoris. propria nōia.

Ur tibi prebet uris: sed fur subdit tibi furis Ur/uris

¶ Autor dicit. Ur. i. nomen terminatū in ur/prebet tibi uris in gtō penultima correpta: vt murmur murmuris. Sed fur subdit tibi furis in gtō penultimā producendo. Ideo excipitur. Unde murmur est rumor. Et fur est qui alienas res capit. Unde. Hospes vbi fur est: ibi furari leue non est.

Robur format oris: ebur iecur et femur addis

¶ Ponit aliam exceptionem et dicit. Hoc nomen robur prebet tibi oris in gtō penultima correpta: vt robur roboris pro ligno vel pro fortitudine. Tu addis istud nomen ebur/ quod facit eboris: et est os preciosum. Et istud nomen iecur quod facit iecoris. ⁊ est pars bestiarum (anglice the lyuer) ⁊ femur femoris.

As atis. **Ex as est atis: elephas gygasqꝫ dant antis**

¶ Autor dicit ꝙ nomina in as terminantia faciunt atis in genitiuo: vt maiestas/ maiestatis. Sed ponit exceptionē dicens. Elephas et gygas dant antis in gtō: vt elephas elephantis. id est animal mire magnitudinis. Gygas gygantis hō magne quantitatis (anglice a gyaunt)

Et diamas adamas: veterum quoqꝫ propria quedam

¶ Excipiuntur quedā ppria nōia: ⁊ etiā ista duo nōia dyamas ⁊ adamas qui faciunt gtīm in antis: vt diamas diamantis. et est quidā lapis preciosus durissimus quoqꝫ pro et. ⁊ quedā propria nōia veterum. i. antiquorum faciūt gtīm in antis vt athlas athlantis. et est nomē gygantis qui scdm fabulas celū in humeris gestat.

Mas maris/ as assis/ vas vasis/ vas vadis. istis
Iungesqꝫ pallas: sic format lampas ⁊ archas

¶ Ponit aliam exceptionem dicens. Tu iunges istis predictis ista nōia que in littera ponūtur. videlicet mas maris. i. vir. As assis. id est obolus. Vas vasis. id est cupa vel dolium. Vas vadis. id est pignus. Et iunges pallas sic format lampas ⁊ archas. Nam pallas facit palladis in gtō. et est dea sapientie. lampas lampadis (a lampe) archas archadis nomen gentile est.

His similem formam dant patronymica quedā

¶ Id est quedam patronymica sunt que ad modum predictorum declinātur: vt ambrosias ambrosiadis. menechias menechiadis.

Sic breuis as format genitiuus grecus os addit

¶ Quasi dicat ꝙ nomina terminata in as breuem faciūt in genitiuo sicut dictum est secundum grecos. aliquādo genitiuū in os: vt ambrosias ambrosiadis vel ambrosiados. hec pallas palladis vel pallados.

Breuis **Mas aut commune si fiat in es breuiata**
es/itis. **E mutans dat itis: miles stipes tibi testis.**

¶ Dicit autor ꝙ nōia terminata in es breuiatā faciūt gtīm in tis penultima correpta mutādo e in i/ vt miles militis. Lrā sic ordinatur. Mas. i. masculinum genus/ aut cōe. i. cōe genus si fiat in es breuiatā mutās e in i dat itis in gtō. miles fiet testis qđ facit militis. et est nomen dignitatis (a knyght) stipes. i. baculus.

Ut praes dat etis dipthongus in ante suprema

¶ Hic autor ponit exceptionē a regula predicta dicens ꝙ dipthongus in ante suprema. id est nomen terminatum in es breuem dipthongo precedēte dat etis in genitiuo. nec mutat e in i/ vt prepes prepetis. i. velox.

Que deriuantur a verbis associantur
In quibus e curta reperitur in antesuprema.

¶ Dicit autor ꝙ nōia in es terminata et deriuata a verbis in quibus reperitur e curta in antesuprema. id est in penultima associatur predictis. quia faciunt genitiuum in etis: vt ab hoc verbo habeo habes deriuantur hic et hec hebes hebetis. id est debilis/ obtusus (anglice dull)

Inquies est curta/ tamen etis erit sibi longa

partes orationis ...
nomen, verbum, participium ...
nomen ...
bium, et praepositio, adverbium, interiectio ...

in prima declinatione nota ...
vocativus ... nominativo ...
... nomina quae ad hanc ...

in 2ª declinatione nota ...
... definit ... o
... nominativo ... facit o ...
... vocativos faciunt ...

in 3ª declinatione ...
... genitivo ...
... ablativo ...

in 4ª declinatione nota ...
... masculina ...
... nomina ...

in 5ª declinatione ...
... nominativo ...

¶ Ponit autor exceptionē dicēs. q̄ hec dictio inquies est curta in ntō ⁊ tamē producit penultimam gtī/ vt hic ⁊ hec ⁊ hoc inquies. gtō huius inquietis. i. sine quiete. Textus est planus.

Femineum dat etis curtam. seges est tibi testis

¶ Dicit autor q̄ noīa feminini gñis terminata in es breuē faciūt gtīm in etis curtam/ vt seges segetis est semen. etiam est natura messis.

A pede compositum dat edis: sed apes remouebis — Es/ etis.

¶ Dicit autor q̄ composita ab hoc noīe pes faciunt gtīm in edis penultima correpta/ vt bipes bipedis: qui habet duos pedes. sȝ tu remouebis apes q̄d facit apis in gtō: ⁊ est animal mellificans (anglice a bee)

Quod prebet sedeo formabit idis genitiuo

¶ Noīa que deriuantur a sedeo sedes excipiuntur a regula illa. Mas aut cōe/ q̄ faciunt gtīm in idis ⁊ non in itis: cuius terminātur in es correptam/ vt obses obsidis id est pignus (a pledge) Textus est planus.

Es longam mutabis in is. sed deme quietis — Es longā

Heredis cereris mercedis vel locupletis — is.

Magnetis iunges agnetis dicere debes

¶ Autor dicit. Es longam mutabis in is. id est noīa terminata in es longā mutāt es in is formādo gtīm singularē: vt sedes/ es in is fit sedis. Deinde ponit exceptionē dicens. Sed deme quietis. hec quies quietis. Et alia que sequūtur/ videlicet hic ⁊ hec heres/ gtō huius heredis. hec ceres/ huius cereris/ et est dea bladi. hec merces huius mercedis. i. premium. hic ⁊ hec locuples/ gtō huius locupletis. i. diues. hec magnes gtō huius magnetis. et est quidam lapis attrahens ferrū. hec agnes/ gtō huius agnetis/ proprium nomen mulieris.

Cum preit i formabit etis paries tibi testis

¶ Dicit autor q̄ noīa terminata in es precedente i/ faciūt gtīm in etis penultia correpta: vt paries parietis.

Is correpta sibi similem faciet genitiuum — Breuis is

¶ Hic autor dicit. Is correpta. i. nomen terminatū in is correptam faciet gtīm sibi similem/ vt ntō hic panis/ genitiuo huius panis. Vn̄. Non bene prandetur vbi panis abesse videtur.

Cuspidis ⁊ lapidis et cassidis excipiantur

Sanguinis et dices exanguis et aspidis addes

Egidis atqȝ notes sic patronimica formas

Thetidos ⁊ thetidis dices/ paris is dat idisqȝ

Sardis inis dat iaspis idis: sic ibidis ibis

Isidis adiunges/ indeclinabile semis

Est pro dimidio pondus semissis habeto

Et tibris tibridis tigrisqȝ quirisqȝ quiritis

¶ Hic autor ponit exceptionem ab illa regula. Is correpta sibi. dicens. Ista noīa cuspidis ⁊ lapidis ⁊c. et alia que sequūtur infra excipiūtur a regula: q: aliter faciunt gtīm q̄ȝ regula p̄cepit Et quia textus est clarus veniam⁹ ad expositionē vocabulorū. Ntō hec cuspis cuspidis est lancea (a spere). hic lapis lapidis. i. petre. hic

sanguis sanguinis est cruor. Hic et hec exanguis et hoc exangue .i. sine sanguine et cō ponitur de ex et sanguis et facit exanguis et non exanguinis. Ex quo patet q non ex cipitur ab illa regula. Jo correpta, sed ab illa. Simplicium nomina. Hec aspis aspi dis nomen serpentis. Hec egis egidis scutum palladis. Et patronimyca in is ter minata similiter faciunt gtm vt priamis priamidis. Thetys dat os in gtō: vt hec thetys huius thetydos .i. aqua vel mater achillis. Paris dat paris vel paradis in gtō propriū nomē. Sardis facit sardinis, et est lapis preciosus. Jaspis iaspidis est lapis preualens. Ibis facit ibis vel ibidis: et est cyconia. Isis isidis nomen dee. Se mis pro dimidio est indeclinabile. Sed semis pro pondere medie libre, habet sē missis in gtō. Tybris nomen fluuij facit tybridis in gtō. Potest etiā facere tybris et sic non excipitur. Tygris facit tygris, et sic non excipitur. Aliquando facit tygri dis: et est animal quoddam. Quiris quiritis: eques romanus.

Quod dedit er dat eris/ vomis pulvisqȝ cinisqȝ

¶ Nomen in er et in is terminatū facit gtm in eris penultima correpta: vt vomer vel vomis gtō huius vomeris, instrumentū aratri (a share) hic puluer vel puluis, huius pulueris (duste) hic ciner vel cinis, huius cineris (asshes).

Longa is itis. Is itis producta dabit tamen excipiantur
Glis glitis gliris: glis glitis non cadit extra

¶ Autor dicit is producta .i. nomen terminatū in is productā dabit itis in gtō pe nultima producta vt lis litis. Deinde ponit exceptionē dicens. Tamen excipian tur glis gliris pro animali et glis glissis pro terra tenace: sed glis glitis pro herba que alio nomine lappa vocatur nō cadit extra regulā .i. nō excipitur. Potest obijci de hoc nomine vis: q non seruat regulam et non excipitur. Dicamus q vis est no men heteroclytum: ideo de eo tractabitur in capitulo de heteroclytis.

Os oris. Oris formabit os pro mare deme nepotis

¶ Autor dicit os pro mare .i. nomen terminatū in os masculini generis facit otis in gtō penultimā producendo vt ros roris. Deinde ponit exceptionē dicens. De me .i. est excipe hoc nomen nepotis. Et est nepos filius filij vel filie, aut filius fra tris, et aliquando est luxuriosus.

Os otis. Cetera dant otis: sed depotis o breuiabis

¶ Dicit q cetera nomina in os terminata .i. que nō sunt gtis masculini faciūt gtm in otis penultima producta: vt dos dotis: donum quod datur cum sponsa. Dein de ponit exceptionem dicens. Sed breuiabis hec nōia que sunt deriuata ab hoc nomine pos potis .id est potens, vt compos compotis .id est sanus et potens. Im pos impotis penultima correpta .id est non potens.

Sed bouis et gloris demantur os oris et ossis
Custodis simul herois sociabitur istis

¶ Dicit autor q ista nōia excipiūtur videlicet bos bouis quod deberet facere bo tis: et glos gloris .i. est mulier fratris. Inuenitur etiā glos glossis pro quodā ligno de nocte relucēte: et glos glotis pro quodā flore. Unde. Disce quid sit glos lignum vel femina vel flos. Glos glossis lignū lucens de nocte serenū. Glos gloris flos est glos glotis femina fratris. Os oris (anglice a mouthe) Os ossis (a bone) Etiam ex cipiuntur illa que patent in textu videlicet custodis gtūs de hic et hec custos qui vel que custodit: et herois gtūs de heros .i. dñs. et minos qd facit minois: et est pro prium nomen viri.

Us oris. Us curtam dat oris neutro, sed eris damus illis
Que dant lus, nus, dus. sed oris prebet tibi fenus
Et facinus pignus: intercus utis tibi prebet

Adde penus penoris quod est terne siue secunde

¶ Hic autor dicit ꝙ nomen in us tertie declinationis neutri gn̄is hʒ curtā oris in gtō: vt hoc corpus corporis/hoc sterc⁹ stercoris (anglice a torde) Deinde ponit exceptionem dicens. Sed nos damus eris illis noibus: que dant terminationes infra scriptas videlicet lus. vt vellus velleris: est pellis cum lana. In nus: vt vulnus vulneris. i. plaga (anglice a wounde) In dus: vt pōdus pōderis. i. onus graue (anglice a weyght) Etiā est illud quod mēsuratur. Sed ab illa regula excipiuntur fenus qd̄ facit fenoris (an okerer) Et facinus facinoris. i. peccatū. Et pign⁹ pignoris. id est filius. Inuenitur etiam pignus pigneris ⁊ tunc nō excipitur. Intercus ꝓbet tibi utis: in gtō penultima correpta. vt ntō hic ⁊ hec ⁊ hoc intercus/huius intercutis: ⁊ est morbus inter carnē ⁊ cutem. Tu addes his predictis penus qd̄ aliqñ est tertie declinationis: ⁊ facit penoris in gtō/ ⁊ aliquādo est secunde declinationis: ⁊ facit peni/ ⁊ est feminini gn̄is. In tertia est neutrum (anglice a celler)

Dat pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris sibi iungit

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomen pecus dupliciter variatur. Aliquādo est generis feminini ⁊ facit pecudis/ ⁊ significat animalia minora que nō possunt iugum portare/ ⁊ aliqñ neutri ⁊ facit pecoris ⁊ significat animalia minora que valent ad labores. Unde. Est pecus hoc quod arat: pecus hec non iuga portat.

Hec formas in eris que sunt consimia verbis
In quibus e curta reperitur in ante supzema

¶ Dicit autor ꝙ nomina in us terminata veniētia a verbis habētibus e curtam in penultima syllaba faciunt gtm̄ in eris penultima correpta/ vt vlcus vlceris/ inflatio cutis vel aliud malum quod nascitur propter nimium laborem. Et deriuatur ab vlcero/ as. qd̄ idem est ꝙ vulnero/ as. Et secundum hoc tempus deberet facere temperis. Et deriuatur a tempero/ as. vel tepeo tepes. tamē facit temporis in genitiuo/ vt autor inferius declarat.

Neutrum declina qd̄ comparat vt duo prima — Cōparatiu⁹ oīs.

¶ Nomen quod comparat. i. quod comparatiuū est neutrum in us terminatum declinatur in gtō quemadmodū duo genera. i. sicut comparatiuus in or cōis generis. Nam sicut melior facit melioris/ ita melius facit melioris.

Dant aceris leporis acus ⁊ lepus addito tempus

¶ Dicit ꝙ ista nola acus ⁊ lepus dant in eorū genitiuis aceris ⁊ leporis. Hic acus aceris palea frumenti. Inuenitur etiam hec acus acus acui: pro instrumento suendi. Hic lepus est quoddam animal. Adde etiam tempus qd̄ facit temporis.

Us producta tibi dabit utis: sed deme paludis — Us utis.
Et que dant tellus incus demenda tenemus

¶ Dicit us producta. i. nomen terminatum in us productā dabit utis lōgā in gtō vt salus salutis. id est valitudo. virtus virtutis. Deinde ponit exceptionem dicens. Deme paludis qd̄ declinatur. hec palus huius paludis/ est terra aquosa vbi pascuntur rane. Et tu etiam tenebis illa nomina demenda. i. excipienda/ vt tellus et incus que dant genitiuos telluris ⁊ incudis. Tellus. i. terra. Incus est instrumentum super quod faber malliat ferrum.

Formabunt uris monosyllaba grus gruis ⁊ sus

¶ Hic autor ponit aliā exceptionem dicens ꝙ monosyllaba. i. vnius syllabe in us terminata formabunt uris in gtō penultima producta/ vt thus thuris: ⁊ mus muris. i. sorex. Deinde ponit exceptionem suam dicens. Grus dat gruis in genitiuo: ⁊ est nomen auis. Et sus dat suis. ⁊ idem est ꝙ porcus vel porca.

Es eris dabitur pres predis laus quoqʒ laudis

Fraus fraudis iunges: sed emaus non flectere debes

¶ Dicit eris dabitur in gtō huius nois es quod significat pecuniam vel est species metalli qđ significat diuitias/et predis dabitur in gtō huius nois pres: qđ idē est quod diues/laudis dabitur in gtō huius nois laus. ⁊ fraudis in gtō huius nominis fraus (dysceyte). Sed tu nō debes flectere. i. declinare emaus nomē castelli Quasi dicat q hoc nomen emaus est indeclinabile.

Bs/bis. **Si pꝛeit s b vel m vel p facies genitiuum**
Ms/mis. **Interponas i tamen e si b pꝛeit aut p**
Ps/pis. **E mutatur in i/si non monosyllaba fiant**

¶ In hac parte autoꝛ determinat de gtō veniente a ntō terminato in s/precedēte b/vel m/vel p/⁊ dicit. Si ista littera b/vel m/vel p/pꝛeit. i. precedit s/in ntō singulari tu facies gtm̄ ex tali ntō interpones hanc litterā i/videlicet inter cōsonantes predictas ⁊ s. Uerbi grā. hoc nomen arabs terminatur in s precedente b/ponatur i inter b ⁊ s/fit arabis in gtō. Et dicitur arabs quidā populus. Itē hoc modo hyems terminatur in s/precedente m/ponatur i inter m ⁊ s fit hyemis in gtō. hoc nomen inops terminatur in s pꝛecedente p interponatur i facit inopis in gtō Deinde ponit exceptionem dicens. Tamen si ista littera s pꝛecedit hāc litteram b vel p tunc e mutatur in i in gtō vt celebs celibis ⁊ non celebis. i. celestem vitā ducens vel castus. Et pꝛinceps pꝛincipis nomen dignitatis. Et hoc dico si talia nōia non fiant. i. nō sint monosyllaba: quia non mutant e in i/sed retinent e in gtō vt plebs plebis. i. multitudo gentium vel populus.

Aucupis excipitur ex auceps quod reperitur

¶ hoc nomen auceps excipitur a regula pꝛedicta siue ab illa exceptione. Tamen est b ⁊c. quia per illam exceptionem deberemus mutare e in i/⁊ dicere auceps aucipis: ⁊ dicimus aucupis: ⁊ est ille qui capit aues.

Ls/tis. **Ls aut ns aut rs/s remouebis**
Ns/tis. **Tis iunges: frondis lendis glandisqȝ remotis**
Rs/tis.

¶ Dicit tu remouebis hanc litterā s a ntō terminato in ls aut ns aut rs ⁊ postea iunges tis formādo gtm̄ singularem. Uerbi gratia. Ls vt puls remota s ⁊ addita tis fit pultis. a. pulmētum. Ns vt mons remota s ⁊ addita tis fit montis (an hyll). rs vt ars: remota s ⁊ addita tis fit artis (scyence). Deinde ponit exceptionē dicēs Remotis. i. exceptis nominibus in littera positis videlicet frondis quod declinatur hec frons. id est ramus. Inuenitur etiam frons frontis: anterioꝛ pars capitis: ⁊ sic non excipitur. Lens quod declinatur lens lendis et est semen pediculoꝛū. Inuenitur etiā lens lentis: quoddā legumen: ⁊ sic nō excipitur. Glans quod declinatur glans glandis: fructus quercuum. Etiā inuenitur glans glantis id est tumoꝛ in carne: ⁊ sic non excipitur.

Que coꝛ vel pendo componit eis sociando

¶ Iste versus cōtinuatur cum predictis hoc modo. Dictum est q ista nōia frons/glans/et lens: faciūt gtm̄ in dis. Continua modo sic. sociando eis predictis illa nomina que coꝛ vel pendo cōponit: quia illa nōia faciunt etiam gtm̄ in dis: vt vecoꝛs vecoꝛdis. id est stultus/⁊ etiam libripens/dis. id est illud a quo pēdet libra/vt manus hominis vel alterius rei.

Semper iens cum pꝛole sua foꝛmabit euntis

¶ Autoꝛ ponit exceptionē ab illa regula. Ls aut ns. dicens q hoc participiū iens cum sua pꝛole. i. cū suis deriuatiuis faciet euntis in gtō. vt rediens redeuntis: deberet enim facere ientis: vt redientis/ideo excipitur.

Ambio lege caret vnciasqȝ quod vncia foꝛmat

¶ Hic autor ponit exceptionem ab exceptiõe pdicta dicẽs. Hoc verbũ ambio caret lege.i.regula: qr sicut iens facit ientis in gtõ: ita vt ambiens ab eo deriuatum deberet facere ambeuntis: ꝛ facit ambientis. Et causa: quia in hoc verbo ambio/ambis mutatur in i qđ non fit in aliis cõpositis ab eo/is. in quibus e nõ mutatur: vt redeo/redis. ¶ Et attẽde q autor posuit verbũ pro participio: cum dicit. Ambio lege caret: forte hoc fecit causa metri: vel vt notaret irregularitatẽ non modo in participio: sed etiã in verbo/qꝫ pro et/hoc gomen quincuns (qđ deriuatur ab vncia) caret lege: qr deberet facere quincuns ꝛ facit quincuncis. Et est quincuns res ponderis quinqꝫ vnciarũ/ꝛ hoc intellige in oibus similibus: vt sexcuns sexcuncis.

Ut tibi format itis: sic per caput esse probabis

Ut/itis.

¶ In hac parte autor determinat de genitiuo veniẽte a ntõ terminato in t dicẽs. id est nomen terminatũ in ut/formabit itis in genitiuo penultima correpta/vt caput capitis.

A verbis in go veniens x gis tibi format

x gis a verbis in go.

¶ In ista parte autor determinat de gtõ veniẽte a ntõ terminato in x ꝛ dicit. x.id est nomen terminatum in x/veniens a verbis in go terminatis format tibi gis in genitiuo.i. mutat x in gis formãdo gtm: vt ab hoc verbo rego regis descendit hoc nomen rex/ꝛ x in gis fit regis: ꝛ ita lex legis.

Coniugis n remouet cum rectus n sibi seruet

¶ Hic autor ponit exceptionem dicens. Iste gtũs coniugis remouet.i. abijciet cũ pro qñ/rectus.i. ntũs suus seruat sibi n. Quasi dicat q deberet facere coniũgis in gtõ/ꝛ facit coniugis. Forte ad differentiam verbi huius coniungo gis. a quo deriuatur coniunx coniugis: et est coniugatus vel coniugata.

Cis iungunt alia tamen x prius inde remota

X/cis.

¶ Dicit autor q alia noia in x terminata videlicet que non veniunt a verbis terminantibus in go iungunt cis post ntm/remota prius x formando gtm vt pax remota x/ꝛ addita cis/fit pacis. et felix remota x/ꝛ addita cis/fit felicis.

E super x nisi sint monosyllaba compositum ve
Ex ipsis e par i mutant que vult breuiari

¶ Hic autor ponit documentũ dicens. E super x.i. noia hñtia e ante x/in ntõ singulari mutant e per i breuem in gtõ. vt cortex corticis ꝛ non cortecis/ꝛ est corium arboris. Et hoc est verum in noibus plurium syllabaꝝ. Et ideo dicit autor. Nisi sint monosyllaba.id est vnius syllabe tantum: quia nõ mutant e in i in gtõ immo retinent e/vt rex regis. ꝛ nisi sint composita ab ipsis monosyllabis. vt exlex exlegis.id est qui viuit sine lege.

Lodicis demas veruecis dicere debes

De quantitate gti.

¶ Autor excipit hec duo noia videlicet lodicis.i. opertorium aut vestis pilosa qđ deberet corripere penultimã gti et producit. Etiam veruex qđ facit veruecis penultima producta/ꝛ veruex idem est quod aries castratus vel mute.

Si mas fiat in ix dat icis mastix dabit icis
Fenix fenicis/bombix bombicis habebit

¶ Dicit autor q si mas.i. nomen masculini generis fiat in ix in ntõ dat icis in gtõ penultima correpta: vt calix calicis/est ciphus. Etiam est vas in quo consecratur ¶ Deinde ponit exceptionem. Mastix dabit icis/penultima producta.i. quedam species. Fenix etiam dabit icis penultima producta vt fenix fenicis/nomen auis hic bombix bombicis/nomen vermis.

Cetera que dant x producunt in antesuprema

¶ Dicit autor q cetera noia in x terminata de quibꝰ nõ est facta mẽtio ab illa pte

circa. E sup x: pducūtur in antesuprema.i.in anpenultia. vt per pacis. nux nucis.

Sed gregis atq; trucis facis picis & nucis inde

Excipis atq; ducis crucis salicis silicisq;

Dicit autor ꝙ nota in littera posita excipiūtur ab illa regula. Cetera que dant x/quia corripiūt penultimā gti/ vt grex gregis.i.multitudo animalium. Trux trucis.i.tormentū vel pena. Item trux est crudelis. Fax facis.i.incēdium. Nux nucis (a nutte) Pix picis (pyteche) Dux ducis: nomen dignitatis. Crux crucis est idem cū trux. Salix salicis: est nomen arboris. Silix silicis. est nomen propriū fratris iouis Et silex silicis est nomen duri lapidis.

Nec g nec c tenent que dant nix nox atq; supellex

Dic senis & noctis spingis vel dicito spingos

Dicit autor ꝙ nix nox & supellex nec c retinent nec g in genitiuo. Nam senex facit senis nox noctis. De supellex statim dabit doctrina/ spinx facit spingis vel spingos. et est monstrum marinum.

Crementum duplex debet formare supellex

Dicit autor ꝙ hoc nomen supellex crescit supra ntm̄ duabus syllabis/ vt supellex supellectilis: est regimen lecti.

Que das a capite velut anceps iunge bicepsq;

Hic dicit autor ꝙ composita ab hoc noie caput capitis crescunt supra ntm̄ duabus syllabis sicut supellex. vt anceps ancipitis.i.dubiosus qd̄ eligat vel ab vtraq; parte scindens. & biceps bicipitis.i.res habens duo capita.

Ac iter optat eris: sed non vt regula querit

Dicit ꝙ hoc nomen iter prebet eris in gtō vt gtō itineris. sed non vt regula querit: quia secundum regulam datam facit itris: & sic patet ꝙ habet duplex crementum super ntm̄. Nota tamen ꝙ inuenitur hec iter no mcu auis. Uersus. Carpe viator iter: sed in arbore concinit iter.

Per predicta tibi patet excessus genitiui

Epylogādo dicit autor ꝙ per predictas regulas patet quomodo genitiuus habet excessum supra ntm̄. Textus est clarus.

Regula generalis genitiui.

Gtō is. Dtō i. Is genitiuus habet: sed tertius i tibi prebet

Hic autor ponit regulam generalē genitiui singularis tertie declinationis. Genitiuus singularis tertie declinationis habet hanc terminationem is/ quomodocūq; facit nominatiuum. Sed tertius i tibi prebet. Hic autor ponit regulā de dtō dicens. Sed tertius. id est dtūs dabit tibi hāc terminationē i/ vt hic pater/ huius patris/ huic patri.

Cum dedit es grecus fit sepe par i genitiuus

Dicit autor ꝙ qn̄ ntūs grecus terminatur in es/ gtūs sepe terminat in i/ vt achilles/ huius achilli. vlixes/ vlixi. moyses/ moysi potest comprehendi.

Actō em. vel im. Em retinet quartus: sed in im quandoq; locamus

Magudarim turrim burim peluimq; securim

Uim sitim restim puppim tussimq; caribdim

His quedam propria sociamus paucaq; greca

Ut tybrim tygrim trypolim syrtim vel eclypsim

Iris & hypocrisis sociantur eis & erynis

¶ Autor determinat de actō singulari tertie declinatiōis dicēs. Em retinet quartus. Expone sic. Quartus .i. actūs singularis tertie declinationis retinet em vt patrem. Et hoc intellige in quolibet genere preterq̄ in neutro de ipso cum facit mentionem vel cum fecit in secunda declinatione ibi. Sed neutris prouideamus. Deinde determinat de actō in speciali dicens. Sed in im quādoq̄ locamus .i. q̄ accusatiuus in em. Subsequenter ponitur exemplaris doctrina videlicet in omnibus sequētibus in textu. Ut ntō hec maguderis. actō hanc magudérim .i. truncus ntō hec turris/actō turrim. & dicitur a terrere. etiā potest facere turrem. Hec peluis/actō hanc pelum. vas ex quo lauatur barba. Hec tussis/actō hanc tussim (anglice the coughe) Hec securis/actō hanc securim. est instrumentū secādi. Hec vis/actō hanc vim (myght) Hec buris/actō hanc burim cauda aratri. Hec restis/actō hanc restem vel restim .i. corda. Hec puppis/actō hanc puppē vel puppim .i. nauis. Hec sitis/actō hanc sitim (thyrst) Hec caribdis/hanc caribdim. periculum maris. Nos etiam iungimus his predictis quedam propria noīa & pauca greca. vt hec tybris actō hanc tybrim. nomē fluuij. Hec tygris/actō hāc tygrim. nomē animalis. Hec tripolis/actō hanc tripolim. nomen ciuitatis. Hec sirtis/actō hanc sirtim. periculum maris. Hec eclipsis/actō hanc eclipsim. est obscuritas lune vel solis. Hec iris/actō hāc irim .i. arcus in celo. Hec hypocrisis/actō hanc hypocrisim. vitium est. Et erynis sociabitur his predictis. Hec erynis/actō hāc erynim. furia infernalis.

Em dat & im turris restis puppisq̄ securis
Et cum predictis nauis puluisq̄ securis

¶ Hic autor dicit q̄ quinq̄ noīa in textu posita habent em & im in actō: vt turris/turrem vel turrim. restis restem vel restim.

Quinetiam multa per a ponūtur quasi greca

¶ Dicit autor q̄ etiam multa noīa faciūt actm̄ per a/quasi greca .i. secūdum grecam declinationem: vt hic hector/actō hunc hectorem vel hectora. Non solum in tertia declinatione/sed secunda: vt thydeus thydeum vel thydea.

¶ Regula generalis de neutris.

Neutra notare decet/sic nullum regula fallit

¶ Dicit q̄ nos decet notare neutra noīa tertie declinationis: quia nō faciūt actm̄ in em vel in im/sed vt dictum est in secunda declinatione ibi. Sed neutris prouideamus &c. Quasi dicat. q̄ noīa neutri gn̄is habent actm̄ similem ntō: vt ntō hoc tempus/actō hoc tempus et sic notando regulam nullum fallit.

Par recto quintus/sed sepe tamen facit vsus   Uctūs.
Ad morem greci seu thebai pallaq̄ colchi

¶ Dicit autor q̄ quintus .id est vocatiuus tertie declinationis/est par .id est similis recto .i. nominatiuo suo vt hic pater/vocatiuo o pater. Deinde ponit exceptionem dicens. Sed sepe tamen facit vsus. ad morem greci/seu pro sicut thebai (mulier illius ciuitatis) palla .id est vctūs de pallas .id est deus sapientie. colchi .i. vocatiuus de colchos .i. mulier illius loci. ¶ Et est sciendū q̄ isti voti formantur a nominatiuo remota s vt pallas remota s fit palla.

Es greci longe simul es subiungitur eq̄

¶ Id est nomen grecū terminatū in es longam facit vctm̄ in e vel in es: vt vlixes vctō. vlixes vel vlixe. propriū nomē vnius sapientissimi grecorum.

Sextus in i vel in e qn̄q̄ tamen dat vtrumq̄   Abltūs.

¶ In hac parte autor determinat de abltō singulari tertie declinationis: et dicit sic. Sextus .i. ablatiuus tertie declinationis terminatur in i et in e/vt hoc animal

ablatiuo ab hoc animali. hic pater. ablatiuo ab hoc patre. Tamen quandoque dat vtrumque. Quasi dicat quod aliquando terminatur in i et in e/ vt hic et hec et hoc felix. Ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici.

E/dat i.

I dat nomen in e/ quedam retrahi decet inde
Gausape presepe preneste cepe soracte

¶ Dicit quod nomē in e terminatum dat in ablatiuo i/ vt hoc mare ablatiuo ab hoc mari. i. fretum. Sed ponit exceptionem dicēs. Quedam retrahi decet inde. id est ab ista regula videlicet Gausape. i. mappa. Preneste nomen ciuitatis. Presepe (a crybbe). Cepe est quoddam genus allij. Soracte nomen ciuitatis: que omnia excipiuntur: quia faciunt ablatiuum in e/ et non in i.

Regula.

Cum preit er aut is per e si neutrale sequatur
Ablatiuus in i debet tantummodo poni

¶ Dicit quod quando ntūs terminatur in er/ et in is: et sequatur neutrum per e ablatiuus facit i tantū: vt hic alacer hec alacris hoc alacre. abltūs facit ab hoc et ab hac et ab hoc alacri. hic et hec omnis et hoc omē. ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc omī et sic de similibus.

Quod fit in al vel in ar sic formas dum genitiuo
A longam teneas dat e far par e vel i ponas

¶ Dicit autor. qđ fit in al vel in ar/ vt animal et torcular. ita faciunt in ablatiuo vt in predicta regula continetur. dum tamen tale nomen producit penultimā genitiui: vt animal animalis. abltō ab hoc aīali. hoc torcular torcularis. abltō ab hoc torculari. ¶ Construe sic. Tu formas. i. declinas in ablatiuo singulari illud nomē qđ fit in al vel in ar. i. vt dictū est in regula precedenti. hoc dico dum teneas a longam in gtō illius noīs terminati in al/ vel in ar. dat e far. i. hoc nomen far dat e in abltō: vt farre. Par e vel i ponas. Quasi dicat quod hoc nomē par facit pare vel pari in abltō. et hoc intellige qñ est adiectiuum. Nam quando est substantiuū facit pare tm̄. Et sic patet quomodo facit ablatiuum in i et in e tantū. ¶ Dicatur quod est doctrina et non exceptio id quod dicitur de par et far. Quia regula est data de habētibus naturaliter a longam in gtō. et ista nō habent. Nā producitur a genitiuo ex parte geminorum r/ par vero non producit immo corripit.

Cum lare sal demas

¶ Hec littera est superflua/ quia exceptio debet fieri in dictionibus cōprehensis sub regula. regula aūt datur de habentibus a longā in genitiuo. et in istis abbreuiatur. Si queratur per quam regulā faciunt ablatiuum in e. Respondeatur per illā inferius positam. Inuenies alia per e. etc.

I/E

Quod fit in as longam gentile per e vel i ponam

¶ Dicit autor. quod nomē gentile terminatum in as longā facit ablatiuū in e/ vel in i/ vt hic et hec rauennas/ alpinas. ablatiuo ab hoc et ab hac rauennate vel rauēnati. et est vir vel mulier de tali ciuitate.

Consona si preit is dupla/ sextus in i vel in e fit

¶ Dicit autor quod noīa in is termīata habentia duas consonantes ante is/ in eadē syllaba faciunt abltm̄ in e vel in i/ vt ignis. ablatiuo ab hoc igne vel igni.

Testis cum peste per e fit iuncta sibi veste

¶ Hic ponit exceptionē a regula predicta dicens quod hoc nomen testis cū hoc noīe peste fit per e. i. terminatur in e in abltō: licet habeat duas cōsonātes ante is in eadem syllaba/ vt hic et hec testis. ablatiuo ab hoc teste. i. qui vel que dat testimoniū hec pestis abltō ab hac peste. i. morbus. Etiam vestes facit veste in abltō. Et hoc est quod dicit Iuncta sibi veste. i. indumentum.

Quattuor imber habet quibus i tantummodo prebet — Adiectiua in e et in i.

¶ Dicit quod imber habet quattuor composita que faciunt ablatiuum in i tantum: et sunt ista scilicet. September/october/nouember/december. que faciunt in eorum ablatiuis septembri/octobri/nouembri/decembri. et sunt nomina mensium.

I dant tres menses/solam e dant sospes et hospes

¶ Dicit autor quod tres menses dant in ablatiuo i/videlicet aprilis/quintilis/et sextilis. Aprilis habet clarum significatum de se. Quintilis idem est quod mensis iulij. Sextilis idem est quod mensis augusti. Deinde dicit quod hec nomina sospes et hospes dant e solam in ablatiuo. vt hic et hec sospes/ablatiuo ab hoc et ab hac sospite. i. sanus vel saluus. Hic et hec hospes ablatiuo ab hoc et ab hac hospite. i. qui suscipit alium in domo vel qui ab alio suscipitur.

Ipsa tamen reperimus in i/sed non nisi raro

Ponunt alterutrum si fiat mobile fixum

Quidam pro certo reputant e vel i dare sexto

¶ Hic ponit autor regulam non assertiuam sed narratiuam. Et dicit quod quidam magistri reputant pro certo cuncta vocabula trium generum. i. generis omnis dare in sexto. id est in ablatiuo e vel i/vt hic et hec et hoc felix/ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici. Hic et hec et hoc legens/ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc legente vel legenti. Sed degener et vber licet sint omnis generis: tamen faciunt ablatiuum in e tantum/vt hic et hec et hoc degener/ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc degenere. i. rusticus et ignobilis. Hic et hec et hoc vber/ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc vbere. i. fertilis. Tamen reperimus ista nomina scilicet vber et degener in ablatiuo casu in i terminata: sed non nisi raro. vt in Lucano Sed me degeneri stramisset facta sub hoste.

Cuncta trium generum/sed degener vber e tantum — Regula.

¶ Ponit vnum documentum tale quod si aliquod mobile. i. adiectiuum fiat fixum. i. substantiuum magistri ponunt alterutrum scilicet ablatiuum i. i. modo i modo e. Sed non [illegible] habetur in regulis predictis. Alij dicunt quod ad placitum formant ablatiuum: vt vitalis vitale/demens demente. si substantiue capiuntur.

Inuenies alia per e sepius esse locata

¶ Pulchra regula est. quod omnia alia nomina tertie declinationis de quibus non est mentio facta habent e in ablatiuo. vt dogma dogmate/carbo carbone.

Quod dedit im quarto casu solet i dare sexto

¶ Dicit quod illud nomen quod dedit im quarto casu. i. in accusatiuo casu: solet dare sexto. id est ablatiuo: vt hec tussis/accusatiuo hanc tussim/ablatiuo ab hac tussi.

Primus pluralis dabit es et ei sociabis — Nominatiuus

Quartum cum quinto: sed a debes ponere neutro — Accusatiuus et Vocatiuus

¶ In hac parte autor determinat de tertia declinatione quantum ad numerum pluralem/et dicit. Primus pluralis. i. nominatiuus tertie declinationis dabit es. vt pluraliter nominatiuo hi patres. et sociabis ei quartum cum quinto: quia etiam faciunt in es. vt accusatiuo hos patres. vocatiuo o patres. Et hoc est verum in masculino feminino et communi genere. In neutro vero non/quia in neutris nominibus nominatiuus accusatiuus et vocatiuus plurales in omni declinatione in a terminantur: vt pluraliter nominatiuo hec pecora/accusatiuo hec pecora/vocatiuo o pecora. Et hoc est quod dicit. Sed a debes ponere neutro.

Si sexto dabitur i sola/vel i simul eque

Fit neutrum per ia: quod comparat inde retracta

Ludicra vel vetera dices amplustraque iunges

¶ Quia in precedenti regula dictum est quod nomina neutri generis faciunt nominatiuum accusatiuum et vocatiuum similes in a. Ideo vult autor declarare hoc specialiter dicens Si sola i datur sexto. i. ablatiuo

vel si i et e dabitur abltō: tunc neutrū genus fit per ia in ntō actō et vctō pluralibus vt hoc mare: abltō ab hoc mari: et pluraliter ntō hec maria: actō hec maria vctō o maria. Ntō hic et hec et hoc felix: abltō ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici: et pluraliter ntō hi et he felices et hec felicia. actō hos et has felices et hec felicia. vctō o felices et o felicia. Deinde ponit exceptionē dicēs. Qđ cōparat inde retracta. i. excipe a regula illud nomen qđ cōparat: q2 licet facit abltm̄ in i et in e/ tñ nō facit in ia. vt fortiora et nō fortioria. Tu dices etiā ludicra in ntō actō et vctō pluralibus huius nois ludicris. i. declinabilis: vt hic et hec ludicris et hoc ludicre: scil3 faciet abltm̄ in i. Vetera etiā dicitur in plurali huius nois vetus veteris: qđ idē est q antiquus licet faciat in abltō vetere vel veteri. Et tu iūges etiā predictis hoc nomen amplustra qđ declinat hoc amplustre amplustris. Abltō ab hoc amplustri. et pluraliter ntō hec amplustra. i. remus nauis. ¶ Nota Johānes de garlādia reprehendit autorem et dicit q habet amplustria et non amplustra. Sed priscianus dicit q habet indifferenter amplustra vel amplustria.

Cum dedit e solam sextus solam dat a rectus

¶ Dicit autor q qñ abltūs terminatur in e tantum (vt tempore) casus predicti faciunt in a/ et non in ia: vt tempora. Hoc intellige de neutris tantū.

um vel iū. Um vel ium pone genitiuo vel dat vtrumq3

¶ In hac parte autor determinat de gtō plurali tertie declinationis dicens. Tu pone in gtō plurali tertie declinatiōis um: vt pater patrū: vel ium/ vt sedes sediū/ vel dat vtrumq3 simul: vt legens legentum vel legentium: quandoq3 aūt faciūt in um quandoq3 in ium: et qñq3 in um et ium: vt patebit inferius.

I. Quod dedit i sexto formabit ium genitiuo

E vel I. Et prebens e vel i: quod comparat hinc volo demi

Artificum iunge memorum veterum vigilumq3

Atq3 sacerdotum custodum vel locupletum

¶ Dicit q qñ abltūs singularis facit i tm̄: et in e vel in i/ gtūs pluralis faciet ium: vt animali animaliū/ et felice vel felici feliciū. Deiñ pōit exceptionē dicēs. Ego volo illud nomē qđ cōparat demi. i. excipi hinc. i. ab ista regula: q2 licet faciat ablatiuum in e vel in i/ tñ facit gtm̄ pluralē in um et nō in ium: vt fortiorū. Excipiūtur illa que sequuntur in littera: videlicet artifex artificū: i. est magister alicuius artis/ memor memorum: est ille qui recordatur/ vetus veterum/ vigil vigilum/ sacerdos sacerdotum: est presbyter. custos custodum/ locuples locupletum

E per ium fit et l: laus et fraus um tibi prebet

¶ Dicit q nomen terminatum in e et l facit gtm̄ pluralē in ium: vt allec allециū/ et mel mellium si esset de vsu. Deinde dicit q laus et fraus faciūt in um. vt laus laudū est honor in ore/ fraus fraudum. id est dolus.

Es vel is nō crescēs. Non crescens per ium facit is aut es genitiuum

¶ Dicit autor q nomen terminatum in es vel in is non crescēs in gtō singulari facit ium in gtō plurali: vt sedes sedium/ collis collium.

Um dat apis volucris panis canis iuuenisq3

Et soboles heresis cum fruge vel indole vates

¶ Autor ponit exceptionē a predicta regula dicēs. q noia in lr̄a posita licet terminātur in is vel in es: et nō crescāt in gtō singulari: tñ nō faciūt in gtō plurali ium sed um. vt hec apis/ in gtō plurali facit apum. i. aial volatile mellificans. Hec volucris harum volucrum. i. auis. Panis panū. Canis canū. Iuuenis iuuenū. Soboles sobolum. i. progenies. Heresis heresum. i. vitiū cōtra fidem. Fruges facit frugum. i. fructus. Indoles facit indolū. id est signū future probitatis vel progenies. Hic va

tes.id est poeta vel propheta vel diuinator. Solet etiã declinari in communi gñe vt hic & hec vates.

Ons par ium formas s iunges r preeunte Ons.
Consors atq; cohors demantur nam faciunt tum Rs.

¶ Dicit ꝙ nomen terminatum in ons facit genitiuum pluralem in ium: vt mons montium. Tu iunges etiam s.i.nomen terminatũ in s r precedente/vt pars partium. Et excipis consors & cohors que faciunt um in gtõ plurali. Consors.i.socius Cohors.id est turba quingentorum hominum.

Simplex compositi normam quandoq; tenebit
Sic cor & opsq; probant si componantur vtrumq;

¶ Ista littera secundũ aliquos per hypallagiũ seu per contrariũ exponitur/& isti dicunt simplex aliquãdo tenebit normam cõpositi.i.cõpositum tenebit aliquãdo normam simplicis. Sed hec expositio mihi non seruit quia hoc est dictũ supra: ibi Simplicium norma. Sed alij exponunt litteram vt sonat dicentes. ꝙ simplex nomen tenebit quandoq; normam compositi. Nam sicut concors facit concordium in genitiuo plurali/ita cor facit cordium. Et sicut inops facit inopum/ita ops facit opum.

Sepe per um vel ium facit ans aut ens genitiuum

¶ Dicit ꝙ noia terminata in ans et in ens sepe faciũt genitiuum pluralem in um vel in ium/vt amans amantum vel amantium/legens legentum vel legentiũ.

Glans dat ium gens mens dens sociabitur istis

¶ Autor ponit exceptionẽ a regula predicta dicẽs. Noia in littera posita licet terminantur in ans vel in ens tamen faciũt gtĩ pluralem in ium tñ/vt glans glandium/dens dentium/gens gentium/mens mentium.

Calx plebs puls seps stirps per ium calx arx sil' & lanx

¶ Dicit ꝙ noia in littera posita faciũt gtĩ pluralem in ium tñ: vt calx calcium.id est cementum/plebs plebium.i.multitudo gentium/puls pultium.i.pulmentum seps sepium/stirps stirpium.i.progenies/calx calcis calcium.i.talus/arx arcis arcium.i.turris vel summitas.lanx lancium.i.discus magnus.

Dempta carne per um faciens a vel o sociando a/o/il/ul.
Il vel ul nec simul r solam iungimus ir q; n/r/ir/or/
Cor demas: or & ur ponas as addere debes ur/as.

¶ Hic autor ponit decem regulas dicens. Noia tertie declinationis terminata in a vel in o/faciũt gtĩ pluralem in um/vt thema thematum/& sermo sermonũ. Dempta.i.excepta hac dictione carne que facit carnium sociãdo cum predictis terminata in il vel in ul/que faciunt in um. vt consul consulũ. & vigil vigilũ/& in n littera vt nomen nominum/delphin delphinũ/canon canonũ. Nos iungimus cum predictis terminata in r solam/vt pater patrum/& dicit solam/vt excludat illa que habent r cum illa terminatione in ntõ casu singulari: quĩ ipsa nõ continentur sub hac regula: vt siluester siluestris & siluestre. Jungimus etiam cum predictis terminata in ir/vt martyr martyrum. Tu pone etiam cum predictis terminata in or/vt soror sororum. & termiata in ur/vt murmur murmurum. Sed tu demas.i.excipias hoc nomen cor qđ facit cordium. Tu debes addere predictis terminata in as/vt pietas pietatum.i.benignitas. Alia composita sunt supra.

Que monosyllaba sunt adimes velut est mõ mas as

¶ Hic autor ponit exceptionem ab ista pticula. Tu addere debes. dicens. Tu adimes.i.excipies illa noia que sunt monosyllaba in as terminata/quia talia faciũt

gtm̄ pluralem in ium: vt mas marium. i. masculus: ⁊ as assium. id est obolus.

es is/ um. Si crescant is aut es dant um: monosyllaba demas

¶ Dicit ꝙ noīa terminata in is ⁊ in es habētia gtm̄ crescentē supra ntm̄ faciūt gtm̄ pluralem in um/ vt miles militū. lapis lapidum. Sed deme monosyllaba que faciunt gtm̄ in ium: vt lis litium/ vis virium.

Plus dat ium/ sed pes dabit um pluralia sola

Que dant es fiunt per ium: sed deme penatū

¶ Dicit ꝙ hoc nomen plus dat ium/ vt pluriū: sed hoc nomē pes dat um vt pedū. pluralia sola. i. tm̄ pluraliter declinata que dāt es in ntō faciunt gtm̄ pluralē in iū vt manes maniū. i. anime infernales. Sed deme penates quod facit penatum. id est parentes intimi vel imagines deorum domesticorum. quasi penes nos nati.

Os/us. Preter os um faciunt os ⁊ us: sed s precunte

B/p/t. B vel p ponas vel t monosyllaba demes

¶ Hic ponit quinq̃ regulas dicens ꝙ noīa terminata in os ⁊ in us faciūt gtm̄ pluralem in um/ vt flos florum/ corpus corporum. preter os ossis qꝺ facit ossium. Sic etiam terminata in s precedente b vel p/ vt arabs arabum/ princeps principum. Et t. i. terminata in t sic faciūt vt caput capitum. Monosyllab[ ] demes. Hec est exceptio ab illa particula. Sed s precunte b vel p. Quasi dicat ꝙ monosyllaba faciunt in ium/ vt hoc nomen plebs plebium ⁊c̄.

Supradicta notes: sed ium per cetera formes

Que prebent e vel i sexto

¶ Dicit ꝙ tu notes supradicta. i. nomina que possunt contineri in supradictis regulis: sed tu formes. i. formare debes ium per cetera nomina que prebēt e vel i sexto. i. ablto singulari/ vt ignis igni vel igne igneū/ piscis piscium. Si vero contineantur in regulis faciūt gtm̄ sicut in eis continetur/ vt felice vel felici felicium.

Facit um sibi subdi

Quod datur a capio sic municipum tibi formo

¶ Dicit ꝙ illud nomē quod datur. i. derivatur a capio capis per cōpositionē facit hanc terminationem um sibi subdi in gtō plurali/ vt municeps municipū. Et hoc est qꝺ autor dicit. Sic municipū tibi formo. Cōponitur enim municeps ex munus ⁊ capio capis. Et dicitur municeps quasi munus capiens/ ⁊ sic de aliis compositis a capio. vt menceps mencipium. i. mente capiens.

Cumq̃ caput dabit eps formabit ium velut anceps

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomen caput si dabit eps in cōpositione formabit ium in gtō plurali. velut anceps quod componitur ex an: ⁊ caput/ ⁊ facit ancipitū in gtō plurali/ ⁊ idem est ꝙ dubius. Tamen est sciendū ꝙ hi gti plerumq̃ sincopātur vt ancipitum/ bicipitū. i. duorū capitum.

X um. X fixum dabit um: nisi nix nox atq̃ supellex

¶ Sensus est ꝙ noīa substātiua in ex terminata faciūt gtm̄ pluralē in um/ vt lex legum/ rex regū. nisi nix quod facit nivium/ nox noctium/ supellex supellectilium.

Um supplex complex: sed ium prebet tibi simplex

¶ Quasi dicat ꝙ nomina substātiua in x terminata faciūt gtm̄ pluralem in um vt lex legū. Usus est excludere adiectiua. ⁊ ideo dat doctrinā de istis adiectiuis supplex complex dicens ꝙ faciūt in um: vt supplex supplicum/ ⁊ complex complicum id est particeps mali. ⁊ hoc nomen simplex facit simplicium. id est purus vel vnicus vel indiuiduus vel fatuus.

Moze metri demit his vsus sepe vel addit
I proceres iacit/ usqz boues/u suscipit ales

¶ Dicit q vsus grãmaticorum sepe demit .i. aufert vel addit aliqd his .i. gtĩs pluralibus moze metri .i. causa metri. Et hoc est q per exempla declarat dicens. hoc nomen pceres iacit i/per illam regulã. Pluralia sola. deberem⁹ enim dicere procerũ ꝛ dicimus pcerũ .i. nobiles. ꝛ hoc nomẽ boues iacit u in gtõ. quia deberem⁹ dicere bouum ꝛ dicimus boum. Sed hoc nomen ales suscipit u in genitiuo plurali/cum deberemus dicere alitum ꝛ dicimus alituum. ꝛ idem est q auis.

Tertius est in ibus/ ꝛ ei sextum sociemus Dtõ ibus Abltõ ib⁹.

¶ In hac parte autoz expedit tertiã doctrinã tradens regulã de dtõ ꝛ abltõ pluralibus/ꝛ dicit. Tertius .i. dtũs est in ibus penultia correpta/ꝛ ei sociemus sextũ. id est abltm̃. Quasi diceret q dtũs ꝛ abltũs plurales tertie declinationis faciũt in ibus: vt dtõ his patribus. abltõ ab his patribus.

Dicemus scz boum seu bobus duplici casu

¶ Autoz dicit q dicimus boum seu bobus duplici casu videlicet in gtõ boum. ꝛ in datiuo ꝛ abltõ bobus. Et sic patet q bobus ꝛ non bouibus excipitur a regula predicta. Tertius est in ibus.

¶ De quarta declinatione.

Quarta dat us recto/ dabit u sed non nisi neutro.

¶ In hac parte autoz determinãt de quarta declinatione dicens. Quarta declinatio dat us recto .i. ntõ: vt ntõ hic visus ꝛ manus ꝛ dabit u sed non nisi in neutro genere. vt hoc cornu.

U non mutabis donec plurale tenebis

¶ Dicit q si nomẽ quarte declinationis terminatur in u tu nõ mutabis hãc terminationẽ u/donec tenebis pluralem numerũ. hoc est q in singulari numero non variabitur: vt hoc cornu/hui⁹ cornu/huic cornu/ actõ hoc cornu/ vctõ o cornu/ ablatiuo ab hoc cornu. In plurali bene variantur: vt inferius patebit.

Us genitiuus habet/sed tertius ui tibi prebet Gtõ. Dtõ

¶ Dicit autoz q gtũs singularis nominatiui terminati in us habebit us pductã vt hic visus/huius visus. Sed tertius .i. dtũs prebet tibi ui vt visui.

Um quarto dabitur/ quintus recto simulatur Actõ vctõ

¶ Dicit autoz q hec termiatio um dabitur quarto .i. accusatiuo: vt visum manũ. Quintus .i. vocatiuus simulatur .id est similis est/recto .id est ntõ. vt hic visus/vocatiuo o visus.

U sextus retinet/ sed flecte domum sapienter Ablatiuo.

¶ Dicit autoz q sextus .i. ablatiuus tenet u/vt abltõ ab hoc visu. Sed flecte .i. declina sapienter hoc nomen domũ. qđ partim est secunde declinationis/et partim quarte. vt patebit in heteroclitis/ibi. Tota domus quarte.

Primo plurali dabis us binos sociando

¶ In hac parte autoz determinat de quarta declinatione quantũ ad numerum pluralem ꝛ dicit. Tu dabis hanc terminationem us primo id est ntõ plurali/vt pluraliter ntõ hi visus sociando binos casus. videlicet actm̃ ꝛ vocatiuum qui etiam faciunt in us vt actõ hos visus/vocatiuo o visus.

Neutra notare decet: genitiuus uum tibi prebet

¶ Dicit q neutra nomina sunt notanda/quia nõ faciunt in us/sed in a/vt cornua

Deinde dicit ꝙ genitiuus facit in uum: vt visuum/cornuum.

Dtō ibus Datqꝫ datiuus ibus sextusqꝫ: sed excipiemus
Abltō ib⁹. Ante bus u seruant ficus tribus arcus acusqꝫ
Artus cum verubus portus partusqꝫ lacusqꝫ
Et specus ⁊ quercus

In hac parte autor determinat de datiuo ⁊ ablatiuo pluralib⁹ quarte declinationis dicens. Dtūs ꝙ pro et sextus. i. abltūs dā tibus penultima correpta: vt dtō his visib⁹. Sed excipiemus. i. exceptionē facicimus: vt infra videlicet ꝙ noīa in littera posita seruant u ante bus. i. faciūt dtm̄ ⁊ abltm̄ plurales in ubus: ⁊ nō in ibus vt ficus ficubus/tribus tribubus. i. progenies/arcus arcub⁹/artus artubus. i. quodlibet membrū/veru verubus/partus partubus est actus pariēdi/vel est ipse puer specus specubus. id est spelunca. Etiā potest esse secūde declinationis. Cetera vero quarte declinationis in ibus.

De quinta declinatione.

Ntūs es. Es rectus quinte dat semper ⁊ est muliebre

In hac parte autor determinat de quinta declinatiōe dicens. Rectus. id est nominatiuus singularis quinte declinationis dabit semper es/vt res/species. et est muliebre. i. generis feminini.

Mente diem memori volo compositumqꝫ teneri

Autor dicit ꝙ hoc nomen dies ⁊ eius compositum debent teneri memori mente. i. in mente: quia nō est generis feminini/immo dies incerti generis. i. dubij: ⁊ compositum eius meridies est generis masculini.

Gtō. Dtō Ei dicetis genitiuis atqꝫ datiuis

Hic determinat de gtō ⁊ dtō singularibus quinte declinationis dicens vos dicetis. i. dabitis ei. id est hanc terminationē ei genitiuis ⁊ datiuis singularibus quinte declinationis: vt hec res/huius rei/huic rei.

Actō vctō Ablatiuo. Em quarto: quinto damus es: decet e dare sexto

In hoc versu autor dicit ꝙ actūs singularis quinte declinationis facit in em vt actō hanc rem/vctūs in es: vt o res/abltūs in e vt re. Textus est planus.

Gtō erū. Primo plurali damus es qui vult sibi subdi
Quartū cum quinto tribuens erum genitiuo

In hac parte autor determinat de quinta declinatione quantū ad numerū pluralē et dicit. Nos demus primo plurali quinte declinationis es/vt pluraliter ntō hi dies qui vult sibi subdi quartum. i. actm̄ cū quinto. i. vctō. Quasi dicat ꝙ etiam actūs ⁊ vctūs faciūt in es/ponit regulā de genitiuo dicens. Tu tribues erū/vt rerum/specierum/dierum. in genitiuo plurali.

Abltō eb⁹ Tertius ⁊ sextus semper formantur in ebus

In hac parte autor ponit regulā de datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus quinte declinationis dicens. Tertius ⁊ sextus. i. dtūs ⁊ abltūs formātur in ebus: vt dtō his rebus/ablatiuo ab his rebus.

Desunt plurali genitiui siue datiui
Et sexti quinte: nisi res speciesqꝫ diesqꝫ
Progenies et maneries dic materiesqꝫ

Dicit autor ꝙ noīa quinte declinatiōis carēt gtīs dtīs ⁊ ablatiuis pluralib⁹ pre

ter ista videlz res rerũ reb*. species specierum speciebus/progenies progenierũ progeniebus. materies materierũ materiebus/ manerics manerierũ manerieb*

¶ De declinatione nominum compositorum.

Rectos compone simul inflectuntur vtrimqz

¶ Dicit autor qꝫ si duo recti componantur vtrimqz variantur. vt nominatiuo hec respublica. Genitiuo huius reipublice.

Non sic alterutrum declines nec leopardum

¶ Autor ponit exceptionẽ a regula predicta dicens. Tu nõ declines sic vt dixim* alteruter alterutra alterutrũ/ qz deberet facere alterinsutrius/ et facit alterutrius nec etiã leopardũ: quia deberet facere leonispardi in gtõ et facit leopardi.

Obliquo rectum componens iunges in vnum

Ex sola parte recti decet hanc variare

¶ Dicit autor qꝫ si rectus componatur cum obliquo solummodo rectus variatur et non obliquus: vt ntõ hic magistermilitũ/ gtõ huius magistrimilitum. Item paterfamilias. genitiuo huius patrisfamilias.

Si componantur obliqui non variantur

¶ Dicit autor qꝫ si duo obliqui componantur neuter eorum variatur. vt istiusmodi/ illiusmodi/ cuiusmodi etc.

¶ De declinatione patronymicorum.

Patronymica dat tibi declinatio prima

Que dantur maribus sed in es rectũ faciemus

De patronymicis in des.

¶ In hac parte autor determinat de declinatiõe patronimicorũ masculinorũ dicens. Prima declinatio dat. i. declinãdo demõstrat patronymica que dãtur maribus. i. que masculina sunt. Quasi dicat patronymica masculini sunt prime declinatiõis. et faciemus rectũ. i. ntm̃ in es/ vt hic priamides est filius vel nepos priami.

Am quartus casus aut em gerit e vel a quintus

¶ Autor dicit qꝫ quartus casus facit in am vel in em: vt priamidam vel priamidẽ vctũs facit in e vel in a: vt vctõ o priamide vel priamida.

Ablatiuus in e vel in a nec cetera muta

¶ Dicit autor qꝫ ablatiuus facit in e vl' in a/ vt ab hoc priamide vl' priamida. Nec debes mutare cetera. i. ceteros casus de quibus nihil est dictũ: qz ipsi casus declinãtur scd̃m primã declinationẽ: vt gtõ huius priamide dtõ huic priamide: et pluraliter ntõ hi priamide/ gtõ horũ priamidarũ/ dtõ his priamidis etc.

Tertia feminea tibi patronymica format

Is recto prebens: genitiuus erit sibi crescens

Isqz vel os faciet quartus a vel em tibi prebet

De patronymicis in is.

¶ In hac parte autor determinat de declinatiõe patronymicorũ feminearum dicens. Tertia declinatio format tibi patronymica feminina prebens tibi hanc terminationẽ is in recto. i. ntõ casu singulari. q. d. qꝫ patronymica feminina sunt tertie declinationis et faciũt ntm̃ in is. Deinde ponit regulam genitiui dicẽs Genitiuus erit sibi crescens. id est superabit ntm̃/ et facies is vel os/ vt hic priamis/ genitiuo huius priamidis vel priamidos. i. filia vel neptis priamidis. Quartus. i. actũs tibi in em vel in a/ vt actõ hanc priamidem vel priamida.

Quintus i seruabit sed rectum non superabit

¶ Dicit autor q̃ vctũs seruabit hanc terminationē i/ vt vctõ o priami vltima cor repta. Sed talis vctũs nõ superabit ntm̃/ immo erit sibi equalis.

E solam sextus tenet: esq̃ȝ vel as reperimus
Plurali quarto: nil plus preter metra muto

¶ E solam sextus tenet. Id est ablatiuus terminatur in e solã/ vt ablatiuo ab hac priamide/ q̃ȝ pro ⁊ nos reperimus es vel as quarto .i. actõ plurali/ vt actõ has priamides vel priamidas. Nil plus muto de tertia declinatione in patronimicis femininis preter metra .id est preter illud quod aliquãdo causa vel necessitate metri conuenit permutare.

De patronymicis in ias.

Interdum per ias hec patronimica formas

¶ Dicit autor q̃ interdum hec patronymica feminina terminãtur in ias/ in nominatiuo casu/ vt pelias ⁊ ambrosias est filia vel neptis pelij.

As breuis in recto dat adis vel ados genitiuo

¶ Modo autor docet declinare predicta patronymica in ias terminata: ⁊ alia similia dicens. As breuis in recto .i. nomen terminatũ in ias/ breuem in nominatiuo adis vel ados in gtõ penultima correpta/ vt hec ambrosias/ gtõ huius ambrosiadis vel ambrosiados .id est filia vel neptis ambrosij.

Em vel a dat quartus: in e fit tantummodo sextus

¶ Dicit autor q̃ actũs facit in em vel in a/ vt actõ hanc ambrosiadem vel da. Sextus .i. ablatiuus facit in e/ vt ablatiuo ab hac ambrosiade.

Dans reliquos terna nil mutat in his nisi metra

¶ Dicit autor q̃ aliqui casus variãtur ad modũ tertie declinationis/ ⁊ non mutatur in his nisi metra nil de tertia decliñ. nisi de necessitate metri postulante.

More dices greci tamen s quinto remoueri

¶ Dicit autor q̃ aliqñ s remouetur in vctõ more greci .i. secundũ morem grecorũ vt pelias: remota s fit pelia. ⁊ ambrosias/ remota s fit ambrosia.

De patronymicis in ne.

Ne plerisq̃ȝ damus quibus e normam sociamus

¶ Dicit q̃ aliquãdo nos damus hãc terminationē ne: plerisq̃ȝ .i. multis vel aliquibus noibus/ vt a cristine ppria vel a pprijs noibus deriuata: quibus non sociamꝰ e .i. regulã noim terminãtiũ in e. vt libie. q. d. q̃ ipsa declinantur sicut illa que terminantur in e. de quibus immediate regula tradetur. vt sunt faustine acrisione.

De grecis in ne.

Cum dedit e grecus recto tenet es genitiuus

¶ Monstrabit hic qualiter debent variari noia greca in e terminata. et dicit. Cũ grecus dedit hãc terminationem recto .i. ntõ: tũc gtũs tenet es/ vt ntõ hec phebe gtõ huius phebes/ ita penthecoste penthecostes/ parasceue parasceues.

Em dat ⁊ en quartus: reliquos recto sociamus

¶ Quartus .i. actũs nois greci in e terminatis dãt em vl' en. vt actõ hanc phebem vel pheben. Reliquos scȝ casus nos sociamus .i. similes faciemꝰ recto .i. ntõ/ vt dtõ huic phebe/ vctõ o phebe/ ablatiuo ab hac phebe.

De grecis in is.

Cum greci rectus tenet os par est gtũs
Vel dat oy grecus melos meloy tibi testis

¶ In hac parte autor determiat de declinatiõe patronimicorũ terminãtiũ in os/ grecorum dicẽs. Qñ rectus .i. ntũs nois greci tenet os/ tũc gtũs est par suo ntõ. id est similis. Vel grecus .i. gtũs dat hanc terminationē oy/ melos .i. hoc nomen grecum sit tibi testis vt ntõ hoc melos/ gtõ huius melos vel meloy.

Quartus on/ os quintus/ o tertius atq̃ȝ supremus

¶ Quartus.i.actūs nois greci in os terminati facit on. vt actō hanc delon. Quintus.i.vctūs in os: vt vctō o delos. Tertius.i.dtūs atq̧ supremus.i.abltūs facit o/ vt dtō huic delo/ ablatiuo ab hac delo. Unde metrista. maternā agnoscere delon.

Sepe dat is rectus: dat ios vel eos genitiuus

De grecis in os.

¶ Dicit autor q̄ ntūs grecus sepe finitur in is. vt hec thetis mater achillis: et tūc genitiuus dat eos. vt genitiuo thetios vel theteos.

Im quartus dabit i quintus neuter superabit

¶ Dicit autor q̄ quartus.i.actūs nois predicti dat im: vt actō hanc thetim. quintus.i.vctūs dat i/ vt vctō o theti. Sed neuter scilz nec abltūs nec vctūs superabit rectum.i.ntm̄.

Fit quintus recto par declinante latino

¶ Dicit q̄ quītus.i.vctūs nois greci in is terminati fiet par.i.similis ntō declināte latino.i.scd̄m latinā declinationē: vt hec thetis/ vctō o thetis.

Dat genesis quintum similem sibi dat genitiuum

Is vel os tenet im quartus/ reliquiq̧ dabunt i

¶ In hac parte autor determinat de hoc noie genesis quod est quidā liber biblie ⁊ dicit sic. hoc nomen genesis dat quintum.i.vctm̄ sibi similem: vt vctō o genesis. Et dat gtm̄ in is vel in os: vt huius genesis vel geneseos. Quartus.i.ac est actūs tenet im. vt actō hanc genesim. Reliqui casus videlicet dtūs ⁊ abltūs dabūt i/ vt datiuo huic genesi/ vctō o genesis/ abltō ab hac genesi.

Dat moyses moysi reliquos terne sociabis

¶ In hac parte autor ponit regulā de hoc noie moyses qd̄ est propriū nomen viri: vt dicit moyses dat moysi in gtō. Et tu sociabis reliquos casus terne.i.tertie declinationi: hoc est in aliis casibus declinatur ad modū tertie declinationis: vt hic moyses. gtō huius moysi. dtō huic moysi. actō hunc moysen. vctō o moyses. abltō ab hoc moyse.

Dat iesus um quarto reliquis u semper habeto

¶ Hic autor dat doctrinā de hoc noie Jesus: et dicit q̄ hoc nomē iesus dat hāc terminationē um in quarto.i.in actō. Reliquis u semper habeto.i.q̄ in reliquis casibus in u semper terminatur qd̄ patet declinando: vt ntō hic iesus. huius iesu. huic iesu. actō hunc iesum. vctō o iesu. abltō ab hoc iesu.

¶ De declinatione pronominum.

Est declinandi pronomina norma quaterna

De declinatione pronominū. Prima.

¶ In hac parte autor determīat de quattuor formis declinationū pronominum dicēs. q̄ norma declinandi pronomina est quaterna.i.quadruplex. id est prima secunda tertia quarta.

Estq̧ mei vel mis in prima tuiq̧ suiq̧

¶ Dicit autor q̄ tria sunt pronomīa in prima norma siue in prima declinatiōe videlicet mei mis mihi. tui vel tis tibi. sui sibi. ⁊ dicuntur prime: quia habent genitiuos in i vel in is ⁊ datiuum in i.

Recto persone non seruit regula prime

¶ Dicit q̄ hec regula.s. tertie declinationis non seruit recto.i.ntō prime persone quasi dicat huic pronomini ego cuius obliqui nō recte formātur ab ipso ntō.

Debet ius facere genitiuum norma secunde

Secunda

Debes formare per eam pronomina quinq̧

¶ Dicit autor q̄ pnōia scd̄e norme seu scd̄i modi faciūt gtm̄ in ius: vt ille illius. preterea dicit q̄ tu debes formare per secundā normam quinq̧ pronomina. s. ille ipse

iste/hic/⁊ is. Et dicuntur secunde/quia habent gtm̄ in ius ⁊ dtm̄ in i/vel in c.

Octo pri-mitiua.

His octo species primaria dicitur esse

¶ Dicit autor ꝙ octo pronōia supradicta sunt primitiua. Ideo dicit. Species primaria dicitur esse octo pronominib⁹ supradictis: videlicet tribus primi et quinꝙ secundi modi. Et dicuntur primitiua/quia formantur ab alijs.

Monstrant ⁊ referunt hec et quasi fixa manebunt

¶ Hic autor ostendit proprietatē predictorum pronominum dicens. ꝙ hec pronomina predicta monstrant. id est demonstratiua sunt: referunt. id est relatiua sunt ⁊ manebunt quasi fixa. id est substantiua. Quasi dicat ꝙ predictorum pronominū aliqua sunt demonstratiua/vt hic ⁊ iste/ego ⁊ tu. Aliqua sunt relatiua. vt is et sui. ⁊ manebunt quasi fixa. id est substantiua. Nam licet substantiue ponantur. vt ego curro. tamē ad se recipiūt substantiua tanꝙ si essent adiectiua: vt ego pater. Aliꝗ dicunt ꝙ autor dicit. quasi. id est certe vel vera substantiua: quia secūdum priscianum pronomen ponitur loco proprij nominis et certam significat personam.

Is suus ipse sui referunt sed cetera monstrant
Ille refert monstrat non facit hoc aliud

¶ Sensus est ꝙ hec pronomia is/suus/ipse/⁊ sui sunt relatiua. cetera vero sunt demonstratiua. Tamen ille potest esse relatiuum ⁊ demonstratiuum/et hoc non facit aliud pronomen.

Septē de-riuatiua.

Deꝗ tribus primis septem fit origo supremis

¶ Dicit autor ꝙ a tribus primis pronominibus deriuantur alia/videlicet meus/tuus/suus/noster/⁊ vester: nostras ⁊ vestras. Meus noster ⁊ nr̄as ab hoc pronoīe ego. Tuus/vester/⁊ vestras/ab hoc pronomine tu. Suus vero ab hoc pronomine sui. Et est sciendū ꝙ illa que deriuantur a demonstratiuis demonstratiua sunt/et que a relatiuis relatiua sunt.

Personas duplices hec designare videntur
Cum possessore possessio significatur

¶ Dicit autor ꝙ ista septem pronomina predicta significant duas personas. s. personam possessoris/⁊ personam rei que possidetur. Nam cum dico. Liber me⁹/per hoc nomē me⁹ intelligo possessorem libri/videlicet me ⁊ possessionē meam videlicet librum.

Formans quis vel qui donato crede minori

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen quis vel qui declinatur secundū ꝙ donatus iubet esse declinandum scilicet in hac parte. Nominatiuo quis vel qui.

Tertiā.

Tertia per primam fit nominis atꝗ secundā

¶ Dicit autor ꝙ tertia norma declinandi pronominis fit per primam ⁊ secūdam nominis declinationem. Quasi dicat ꝙ pronomina tertij modi declinantur sicut nomina prime ⁊ secunde declinationis. Nam sicut dicimus. Ntō bonus bona bonum. Genitiuo huius boni bone boni. Ita dicimus me⁹ mea meū. Genitiuo mei. ⁊ cetera.

Has tres distinguit donatus sufficienter

¶ Dicit autor ꝙ donatus distinguit sufficiēter has tres normas predictas. id est pronomina primi modi secūdi ⁊ tertij. Ideo ipse nō procedit vlterius in declinatione ij. s. tum.

Quarta.

Quarta quidem terne par debet nominis esse

¶ Dicit ꝙ quarta norma declinandi pronomina debet esse par. id est similis terne. id est tertie declinationi nominis. Naꝫ sicut dicimus maiestas maiestatis: ita vestras vestratis.

¶ Capitulū secundum de heteroclitis. De hete/roclitis.

Hec tibi signabis que declinans variabis

¶ Hoc est secundū capitulū huius libri in quo autor intendit determinare de terminatione nominum heteroclytorū: et hoc proponit qđ facere intēdit dicens. Tu significabis tibi. scilicet in mente tua. hec nomina que nomina tu declinans variabis. i. vario modo declinabis. Et est sciendū φ nomē heteroclytum nihil aliud est φ nomen varie siue alterne declinatū: vt ntō hoc celum. et pluraliter nominatiuo hi celi celorum.

Pascua sola datur/et pascua plura dabuntur

¶ Autor dicit φ hoc nomē pascua in singulari est generis feminini et in plurali generis neutri. ⁊ est heteroclytum generē: ⁊ est pascua nutrimentū brutorum vel locus vbi bruti pascuntur.

Est zizania sunt zizanie plura nec ꝫ

¶ Autor dicit φ hoc nomē zizania in singulari est gñis feminini ⁊ in plurali neutri vel feminini: vt ntō hec zizania: ⁊ pluraliter ntō he zizanie vel hec zizania. Ideo dicit. Plura nec ꝫ. et est herba inutilis.

Balnea dic vel eas ea dic prius sed eum das
Sic ⁊ amigdala dic lū fructus lusqꝫ fit arbor

¶ Dicit φ hoc nomen balneum in singulari est generis neutri: in plurali vero feminini ⁊ neutri: vt pluraliter ntō hec balnea vł he balnee: sed in singulari semper est generis neutri. Et hoc est φ dicit. Dic. i. dicere debes balnea: vł eas. i. balneas in plurali numero ea. id est balnea non esse prius in singulari numero. Sed tu debes dicere eum. i. balneum. In singulari est generis neutri: ⁊ in plurali feminini ⁊ neutri/et est locus in quo balneatur. Sic ⁊ amigdala dic. Quasi dicat φ amigdala eodem modo variatur quo balnea: vt ntō hoc amigdalum: et pluraliter ntō he amigdale vel hec amigdala. Tamen inuenitur hec amigdalus pro arbore tantū Sed amigdalum pro eius fructu. Et ideo dicit. Lum fructus lusqꝫ fit arbor. Inuenitur hec amigdala tam pro fructu φ pro ligno.

Est locus atqꝫ loci sunt artes sunt loca terre

¶ Autor dicit φ locus in singulari est generis masculini: in plurali vero masculini et neutri: sed in masculino genere significat artes dyalecticas: in neutro vero loca terre. Ideo dicit. atqꝫ loci sunt artes sunt loca terre.

Est iocus atqꝫ ioci sunt ⁊ ioca plurima genti

¶ Dicit autor φ iocus in singulari est generis masculini: in plurali vero masculini ⁊ neutri: vt ntō hic iocus: ⁊ pluraliter nominatiuo hi ioci vel hec ioca. Id est ludus vel solatis.

Baltheus addatur neutrum plurale sequatur

¶ Autor dicit φ hoc nomen baltheus addatur predictis: quia in singulari est generis masculini: ⁊ in plurali neutri: vt hic baltheus: ⁊ pluraliter ntō hec balthea. i. zona argentea vel signū militare.

Carbasus vna ratis ⁊ carbasa plura videbis

¶ Autor dicit φ carbasus in singulari numero est generis feminini: ⁊ in plurali generis neutri. vt ntō hec carbasus: ⁊ pluraliter ntō hec carbasa. i. velum nauis.

Arbutus est similis huic intyba pargama iungis

¶ Autor dicit φ hec dictio arbutus est similis precedenti: qꝛ in singulari est generis feminini: ⁊ in plurali neutri. Ut ntō hec arbutus/⁊ pluraliter ntō hec arbuta. i. collectio arborū. Tu iungis etiā intyba et pargama: qꝛ eodē modo declināutur vt

hec intibus/ et pluraliter nto hec intiba est genus leguminis vel fructus. et dicitur quasi intus dona. hec pergamus: et pluraliter nto hec pergama. i. troia.

Delictum tibi sit mihi semper delicie sint

¶ Dicit autor q hoc nomen delicium est heterocly tum significatione genere et declinatione/ quia in singulari significat peccatum et est gnis neutri et declinationis secunde/ in plurali significat cibum delicatu vel delectationes/ et est genus feminini et declinationis prime/ et pluraliter nto he delicie.

Hoc epulum comedis epuleqz parantur amicis

¶ Dicit q epulu in singulari est generis neutri/ in plurali generis feminini/ et ide est q cibus.

Hic rastrum rastros porrumqz facit tibi porros

Cui celum seruit/ celos et cuncta creauit

¶ Dicit q ista noia scz rastrum porrum celum in singulari sunt generis neutri/ et in plurali generis masculini/ vt nto hoc celu/ et pluraliter nto hi celi celoru. hoc rastrum/ et pluraliter nto hi rastri. hoc porrum/ et pluraliter nto hi porri.

Frenum detur equo frenos vel frena teneto

Hic claustrum formas filum pariterqz capistrum

¶ Autor dicit q ista noia frenu claustrum filu et capistrum in singulari sunt generis neutri/ et in plurali masculini et neutri. vt nto hoc frenu. et pluraliter nto hi freni vel hec frena est quo domatur os equi. hoc claustru. et pluraliter hi claustri vel hec claustra. i. cenobium. hoc filu. et pluraliter nto hi fili vel hec fila. Inde filare (to spyn) hoc capistrum: et plr nto hi capistri vel hec capistra est frenu factu de fune.

Dicimus altilia si plura sit altilis vna

Consimiliqz modo sit declinanda supellex

¶ Dicit autor q ista duo nomina altilis et supellex in singulari sunt generis feminini et in plurali generis neutri. vt hec altilis. et pluraliter nto hec altilia. i. auis domestica. hec supellex. et pluraliter nominatiuo hec supellectilia. id est ornamenta vel vtensilia domus.

Tartarus ater habet: plurale ta binaqz dant rum

¶ Dicit q hoc nome tartarus in singulari est generis masculini. In plurali est neutri. vt pluraliter nto hec tartara. i. inferna. Et inuenitur hoc tartarum pro fece vini. Ideo dicit. Uinaqz dant rum.

Sibilus hic dices: sed sibila plurima iuges

Suparus esto comes prius hic tenet us sed a subdes

Trenarus infernus sic menelaus dic et auernus

Dyndima pileus hysmara gargarus associamus

¶ Dicit q ista nomina in littera posita in numero singulari sunt generis masculini/ et in plurali neutri: vt nto hic sibilus/ et pluraliter nto hec sibila est sonus factus ab homine ad modu serpentis. hic superus. et pluraliter nto hec supera est manica rugata loga et pendens. Trenarus. et pluraliter nto hec trenara. i. infernus. hic infernus. et pluraliter nto hec inferna. hic menelaus/ et pluraliter nto hec menelaa. id est mons in archadia. hic auernus. et pluraliter nto hec auerna. i. infernus. hic dyndimus. et pluraliter nto hec dyndima est quidam mons. hic pileus. et pluraliter nto hec pilea. hic hysmarus. et pluraliter nto hec hysmara. i. queda arbor sitans in via qua descenditur ad infernum. hic gargarus. et pluraliter nto hec gargara. id est quidam mons.

De nominibus heteroclitis.

Ista solent quarta variari siue secunda
Cum lauro quercus pinus cornus quoqꝫ ficus
His colus atqꝫ domus penus et lacus associemus
Cantus cetus ortus simul specus associantur

¶ Dicit ꝙ nõia predicta pñt variari per secundã ⁊ quartã declinationẽ videlicet hec laurus/gtō huius lauri vel laurus.i.arbor semper viridis. Hec quercus/genitiuo huius querci vel quercus/arbor glandifera. Hec pinus/gtō huius pini vel pinus est nomen arboris. Hec cornus/gtō huius corni vel cornus.est nomen arboris Hec fic⁹/hui⁹ fici vel fic⁹/etiã est arbor vel fruct⁹ arboris. Hec colus/huius coli vel colus.i.instrumentũ ex quo filantur femine. Hec domus/huius domi vel domus Hec penus huius peni vel penus.i.cellarium. Hic lacus hui⁹ laci vel lacus. Et ista tria videlicet cantus/cetus/⁊ ortus:possunt variari per secundã ⁊ quartã declinationẽ/sensu variato.i.scðm variã significationẽ. In secunda vero declinatione cãtus signãt partẽ rote:etiã est pars exterior panis.vel est participiũ de canitur. Cetus est balena. Ortus viridariũ. In quarta vero declinatiõe cant⁹ significat act⁹ cantandi vel carmen. Cetus est turba. Ortus est ascensus vel natio.

Is vel us ista suis dices dare compositiuis
Cera iugum limus animus colus arma bacillus
Cum norma neruum cum freno collige cliuum

¶ In his versibus dicit ꝙ composita ex noĩbus in littera positis possunt terminari in is/⁊ sunt tertie declinatiõis.⁊ in us/⁊ tũc sunt secũde declinatiõis. Uerbi gratia. Cera cõponitur cum sin:⁊ dicimus hic ⁊ hec sinceris/⁊ hoc sincere.vł sincerus sincera sincerũ.id est purus. Iugũ componitur cum bis:⁊ dicimus hic et hec biiugis ⁊ hoc biiuge/vel biiugus biiuga biiugũ.i.res duorũ iugorũ. Limus componitur cum sub.⁊ dicimus hic ⁊ hec sublimis/⁊ hoc sublime.vel sublimus/ma/mum.id est altus. Animus componitur cũ magnus ⁊ animus.⁊ dicimus hic et hec magnanimis ⁊ hoc magnanime/vł magnanimus/ma/mum.i.magni animi. Ex in et colus componitur hic ⁊ hec incolumis ⁊ hoc incolume.vel incolumus/ma/mum.id est sospes sanus vel potẽs. Ex in ⁊ arma componitur hic ⁊ hec inermis ⁊ hoc inerme.vel inermus/ma/mum.i.sine armis. Ex in ⁊ bacillus cõponitur hic ⁊ hec imbecillis ⁊ hoc imbecille.vel imbecillus/a/um.i.non potens. Ex e ⁊ norma componitur hic ⁊ hec enormis ⁊ hoc enorme/vel enormus/ma/mum.i.irregularis. Ex e ⁊ neruus componitur hic ⁊ hec eneruis ⁊ hoc enerue.vel eneruus/a/um. Et ex e et frenus componitur hic ⁊ hec effrenis ⁊ hoc effrene.vł effrenus/a/um.i.sine freno dissolutus. Ex de ⁊ cliuus cõponitur hic ⁊ hec decliuis ⁊ hoc decliue.vel decliuus/a/um.i.infimus ⁊ depressus.

Uas vasis ternam tibi dat plurale secundam

¶ Dicit autor ꝙ vas in singulari numero est tertie declinationis/vt vas vasis:in plurali vero secunde.vt vasa vasorum.

Tota domus quarte/mi morum mosqꝫ secunde

¶ Sententia est.ꝙ hoc nomen domus vbiqꝫ est quarte declinationis/nisi in infrascriptis terminationibus.videlicet/mi/mo/mos/⁊ morum:in quibus est secunde declinationis. Et est sciendũ qð sic declinatur. Nominatiuo hec domus. Gtō hui⁹ domi vel domus. Dtō huic domui. Actō hanc domum. Uctō o domus. Ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter nominatiuo he domus vel domi. Gtō harum domorum. Dtō his domibus. Actō has domos vel domus. Uctō o domi vel dom⁹. Ablatiuo ab his domibus.

Pluralem numerum retinent es atqꝫ metallum

Capitulum secundum

Raro per reliqua dabitur plurale metalla

¶ Hic ponit regulam de nominibus metallorum dicens q̄ ista nomina .s. es et metallum variantur in plurali. vt nt̄o hec era / et pluraliter nt̄o hec metalla. Sed raro cetera nomina metallorum in plurali variantur. vt nt̄o hoc aurū / non dicimus hec aura et sic de similibus est sciendum q̄ nomina metallorum sunt hec. scilicet aurum / argentum / plumbum / stannum / cuprum / ferrum / auricalcum / calibs / electrū / et alia quedam que ex aliquibus horum fabricantur.

Equor et vnda fretum mare mel latex aqua vinum
Pocula fons flumen fluuius pluralia seruant
Stagna lacuna lacus amnis puteus quoq̄ lympha
Cetera pluralem retinent humentia raro

¶ Autor ponit hic regulā de nominibus humidis. Et dicit q̄ nomina in littera posita variantur in plurali: sed alia humiditatem significantia nō habent pluralem numerum vel raro habent. vt brodium / oleum / et similia. Textus est clarus. Circa vocabula. Equor / fretum / et mare. idem sunt. Unda / latex / lympha / et aqua idem significant. Mel est qd̄ apes conficiunt. Uinū .i. merum. Poculum .i. potus. Fons scaturit. Flumen est fluuius .id est riuus a fonte fluens. Stagnū .id est aqua stans. Lacuna et lacus .id est aqua stans ex natura: quandoq̄ significat loca aquarum. Amnis est riuus in ameno loco positus infra frondes. Puteus est in alto / seu profundo Unde omnis puteus fons est / et non econtrario.

Lex mensuratis simul et pensis datur ista
Ordea frumenta faba melonesq̄ citrulli
His plurale damus / sic et far pisa lupinus
Raro seminibus aliis plurale tenemus

¶ Hic autor ponit regulam de nominibus que vendūtur ad pondus vel ad mensurā Et ista lex .i. regula datur mensuratis .i. nominibus que venduntur mēsura / vel pēsis. id est pondere. Quasi dicat illa que ponuntur in textu variātur in plurali. videlicet hoc ordeū. et pluraliter nt̄o hec ordea est genus frumenti. Frumentum. et pluraliter nt̄o hec frumenta .i. bladū. Hoc fabū. et pluraliter nt̄o hec faba. Hic melo. et pluraliter nt̄o hi melones .i. pepo. et est fructus arborum vel herbarū in lombardia bene notus. Hic citrullus citrulli. et pluraliter nt̄o hi citrulli. Hoc far. et pluraliter nt̄o hec farra. Hoc pisum. et pluraliter nt̄o hec pisa. Hic lupinus. et pluraliter nominatiuo hi lupini. et est quoddam legumen. Alia vero nomina seminum raro variantur in plurali / vt nt̄o hec auena / hec siligo. Ideo dicit. Raro seminibus etc̄.

Raro plurale tibi dat quinta nisi sint hec
Res pariterq̄ dies acies facies speciesq̄
Progenies et maneries dic materiesq̄

¶ Autor dicit q̄ nomina quinte declinationis raro variantur in plurali nisi sint hec q̄ in littera ponuntur. Et quia textus est clarus / et etiam vocabula: ideo bonū est trāsire ad alia magis necessaria. Item acies est dispositio turbe ad bellandum. Scd̄o est acuta pars gladii. Tertio est sublimitas et acumen visus.

Raro plurale vult par et sanguis habere

¶ Dicit autor q̄ hec duo nomina scilicet par et sanguis raro variātur in plurali nisi in alia significatione. Ut viri sanguinum declinate a me / sanguinū .i. peccatorū. Et notanter dicit raro. quia aliquando reperitur sanguis in plurali vt in euangelio. Qui non ex sanguinibus.

De nominibus heteroclytis.

Neutra facis sine plurali vulgus pelagusq̄ꝫ

¶ Dicit ꝙ vulgus ⁊ pelagus sunt generis neutri. ⁊ carēt numero plurali. Et secū-dū aliquos raro variātur in plurali: ⁊ sunt gñis masculini. ⁊ pluraliter ntō hi vul-gi. ⁊ pluraliter ntō hi pelagi. vulgus dicit quasi cōis populus. Pelagus est mare.

Nescio telluris vel humi plurale geluq̄ꝫ

¶ Dicit autor ꝙ hec nola tellus telluris. humus humi. et hoc gelu carent plurali. tellus .i. humus (the erthe)

Nescit ador norme contraria norma mouere

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomē ador quod idem est ꝙ pinguedo siue flos farine: est in-declinabile propter repugnantias duarum regularum. Prima est ꝙ nola neutra in or desinentia: corripiunt penultimā genitiui. vt marmor marmoris. Alia ꝙ no-mina in or desinentia / deriuata a verbis producunt penultimā gti. vt amor amo-ris. Modo ador per primam deberet corripere / ⁊ per secundam producere penul-timam. Et ideo propter istas duas repugnantes remansit indeclinabile. ¶ Con-strue sic. Norma contraria norme nescit mouere hoc nomen ador. ⁊ deriuatur ab hoc verbo adoro / adoras: ⁊ est pinguedo farine.

Aptota neutra tene pus ⁊ phas irq̄ꝫ nephasq̄ꝫ

¶ Dicit autor ꝙ illa duo nola pus .i. putredo. phas .i. licitū. ir .i. palma manus. ne-phas .i. illicitum: sunt aptota neutra .i. neutri gñis ⁊ indeclinabile. Et dicuntur ab a quod est sine et ptotos casus: quasi sine casu in variatione.

Obliquum de se non format fors nisi forte

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen fors .id est fortuna non format de se aliquē obliquū nisi forte. vt ntō hec fors / ablatiuo ab hac forte.

Tabes declina nec dat tabi nisi tabo

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomen tabes declinatur per omnes casus. vt ntō hec tabes. gtō huius tabi. ⁊ idem est ꝙ putredo. nec dat tabi nisi tabo. q. d. ꝙ tabes nō habet nisi duos casus videlicet tabi ⁊ tabo .i. sanguis putridus.

Ilia declinat tibi tertia non nisi plura
Ipsaq̄ꝫ plurales declinat menia manes

¶ Dicit ꝙ hoc nomen ilia declinatur in plurali tantum. ⁊ est tertie declinationis. vt pluraliter ntō hec ilia. Deīn dicit. Ipsa tertia declinatio declinat has duas di-ctiones .s. menia et manes plurales .i. in plurali tantum. Ut pluraliter ntō hec me-nia sunt muri ciuitatis. Ntō hi manes .id est spiritus infernales.

Dicamus proceres pluraliter atq̄ꝫ penates
Arma vel insidias artus sponsalia inngas
Diuitias nuptias induciasq̄ꝫ minasq̄ꝫ
Nec nisi plurali tenebras aut exta notam

¶ Dicit autor ꝙ nola in lr̄a posita variātur in plurali secūdū vsum. Et qz text⁹ est clarus veniam⁹ ad expositionē vocabulorū / vt plr̄ ntō hi proceres .i. nobiles baro-nes. Et plr̄ ntō he penates .i. intimi parētes vel dij domestici. Et plr̄ ntō hec exta id est viscera. Artus .i. mēbra. Spōsalia sunt pmissiōes de futuris nuptijs. Arma sunt instrumēta bellica. Insidie sunt obseruatiōes occulte ad nocendū. Diuitie .i. opulentia. Mine (anglice thretenynges). Nuptie (mariages) Inducie .i. treuge.

Cornua mutantur: sed cornu non variatur
De genubus verubus: normam seruabit eandem

¶ Dicit autor q hoc nomen cornu in plurali variatur/in singulari non. Simile in dictum est de his nominibus genu z veru que in plurali variātur z in singulari nō ideo dicit autor: De genubus. zc.

De nece deqz prece dic q rectis caruere
Primis atqz dapem socia vice iunges eisdem

¶ Dicit q nomina in littera posita carent nominatiuis z vocatiuis singularibus vt gtō huius necis. id est mortis. gtō huius precis est oratio vel rogatio. gtō dapis. id est cibus/gtō huius vicis. i. alternatio vel vicissitudo.

Vis vim viqz dabit totum plurali tenebit

¶ Autor dicit q illud nomen vis signat potentiā etiam violentiā/z habet quattuor casus in singulari. scz vis in ntō z vctō/vim in actō/z vi in abltō. sed tenebit totum plurali/vt ntō vires. gtō harū viriū. dtō his viribus. actō has vires. vctō o vires. ablatiuo ab his viribus. Inuenitur etiam vis in actō plurali. vt in prospero. Que vis nature moderamine temperet eque.

Plus neutrale facit: nec dat primo nisi pluris
Casum plurale dat quemlibet et genus omne

¶ Dicit q hoc nomē plus est gñis neutri in singulari numero. et nō habet nisi pluris. z hoc est scdm visum/in euangelio. Multis passeribus pluris estis vos. Sed in plurali habet omnes casus z omē genus. Et sic declinatur. hoc plus. gtō hui⁹ pluris. z pluraliter ntō hi z he plures et hec plura. gtō horū z harū z horū pluriū. tñ grecism⁹ iubet ipm declinari scdm qd in versib⁹ cōtinet scz. Cū per tres casus zc.

Que querūt q̄ distribuūt referūtqz negantqz
Infinita quoqz casu caruere vocante

¶ Dicit q ista que querunt. i. que interrogatiua sunt/vt quis vter. que distribuūt id est distributiua sunt. vt alius alter. que referunt. i. que relatiua sunt vt qui que quod vel quid/que negant. i. que negatiua sunt/vt nemo. quoqz pro etiam infinita/vt aliquis et quecunqz caruere casu vocante.

Distribuit si vim tribuas z colligit omnis
Colligit improprie positum non distribuendo

¶ Dicit q hoc nomen omnis aliqñ est distributiuū z aliqñ collectiuū. Distributiuum si proprie ponatur. s. distribuendo terminū sequentē/vt oēs apostoli fuerūt martyrisati: ex hoc eñi sequeretur Ergo petrus fuit martyrisatus: z sic de singulis z hoc modo caret vctō. Collectiuū aūt si ponatur improprie nō distribuendo terminū sequentē/vt oēs apostoli sunt duodecim/non enim sequeretur. ergo petrus est duodecim. z hoc modo pōt habere vctm casum presertim in plurali numero.

Quattuor exceptis pronomina nulla vocabis
Tu meus noster z nostras hec sola vocātur

¶ Dicit autor q nulla pronomina habēt vctm casum exceptis quattuor. scilz. Tu meus noster z nostras/vt patet in textu.

Tres in plurali casus os or's omittit
Es phas ius thus rus illi sociare solemus

¶ Dicit q nōia in p̄cedētibus versibus numerata carēt tribus casibus pluralib⁹ scz gtō dtō z abltō/z per vnius declinationē datur intelligi alia. Ut pluraliter ntō hec ora actō hec ora vctō o ora: z sic de ceteris. Unde. Os oris loquitur: ossis vestitur os ossa. Es est metallum vel pecunia. Phas est licitum. Thus est quod crematur in sacrificio. Ius est equum et lex. Rus est terra campestris z inculta.

Terra fit ops: sed auarus opes et opem petit eger

¶ Autor dicit q̄ hoc nomen ops est heteroclitū significatione: quia in ntō casu significat idem quod terra. ⁊ in actō idem quod auxilium. ⁊ etiam in aliis obliquis singularibus: et in plurali significat diuitias.

Lens lendis capiti / lens lentis conuenit ori

¶ Autor dicit q̄ hoc nomen lens est heteroclitum significatione et casuū formatione. Nam aliquando significat feces pediculorum: ⁊ tunc facit lendis in gtō. Aliquando facit lentis et est quoddam legumen.

Hic dat et hec hospes hec hospita sospita sospes

¶ Autor dicit q̄ hec duo noīa scilicet hospes ⁊ sospes sunt generis communis. Et hec duo nomina hospita ⁊ sospita sunt generis feminini. Hospes est ille vł illa qui vel que recipit vel recipitur in hospitio. Hospita est illa q̄ recipit vł recipitur. Sospes est sanus vel sana.

Vesper re ra rum pars est extrema diei
Noctis vel munde vesper q̄ suum tenet etas

¶ Dicit autor q̄ hec nomina scilicet vesper vespere vespera vesperum significant finem etatis. Ideo dicit. Vesper q̄ suum tenet etas. Et subdit pro maiori declaratione metrum sequens.

Quamlibet etatem mundi lego vesper habere

¶ Autor dicit q̄ hoc nomen vesper potest significare finem cuiuslibet etatis mundi. Unde sciendum q̄ etates mūdi sunt siue fuerūt septem: quarum quelibet habuit suum vesper. Prima fuit ab adam vsq̄ ad noe: suū vesper fuit diluuiū. Scda a noe vsq̄ ad abraham: vesper eius fuit linguarū cōfusio. Tertia fuit ab abrahā vsq̄ ad moysen: vesper eius fuit captiuitas egipciaca. Quarta fuit a moysi vsq̄ ad dauid vesper eius fuit fames. Quinta a dauid vsq̄ ad trāsmigrationem babylonis: vesper eius fuit preuaricatio iudeorū. Sexta fuit a transmigratione babylonis vsq̄ ad christum: vesper eius fuit reuocatio veteris testamēti. Septima a christo vsq̄ ad finem mundi: vesper eius erit resurrectio mortuorum.

Vesperus est stella: ri solos dat tibi psalmos
Officium tibi re ra rum totaliter implet

¶ Autor dicit q̄ vesperus est stella que alio noīe hesperus dicitur: sed vesperi vesperorū dāt tibi psalmos. i. totū officiū quod legitur in vesperis. Deinde dicit. Officiū tibi re ra rum totaliter implet. Quasi dicat q̄ vespere vesperarū significat totum officium quod celebratur in vesperis scilicet pulsationē campanarū / cantus psalmorū ⁊ alias solemnitates. Grecismus tamē videtur esse alterius opinionis.

Glis animal: glis terra tenax: glis lappa vocatur
Ris primum glissis tenet altera tertia glitis

¶ Dicit q̄ hoc nomen glis significat animal / terram tenacem / ⁊ herbā. Sed in declinatiōe differt: quia pro animali habet gliris in genitiuo / pro terra tenace facit glissis in genitiuo / pro herba facit glitis.

Cassis idis galea: capitur fera casse retenta

¶ Dicit q̄ hoc nomen cassis quando facit cassidis in gtō significat galeam et quādo facit cassis significat rhete vel laqueum.

Tignus vel tignum declines pisaq̄ pisum

¶ Dicit q̄ nos possumus dicere hic tignus vel hoc tignum. i. lignū sub tegulis positum. Et possumus dicere hec pisa pise: hoc pisum pisi. i. genus leguminis.

Cornus vel cornu dices tonitrus tonitru de

¶ Dicit q[uod] invenitur hec cornus pro arbore: et hoc cornu pro eius fructu. Et invenitur hic tonitrus et hoc tonitru: sonus in aere fractione nubiu[m] violentia factus.

Est glomus atq[ue] glomi vult hoc glomeris sibi subdi.

¶ Dicit q[uod] nos possumus dicere hic glomus glomi: vel hoc glom[us] glomeris .i. circulus filorum.

Ambo duoq[ue] mari faciunt neutrum similare
Par primo quintus/ orumq[ue] tenet genitivus
Sepe duum dabimus neutro si sincopa fiat
Cum terno sextus facit obus et os sociamus
Quarto: sed neutrum formabis in o quasi primum
Prorsus femineum datur ad morem dominarum

¶ In hac parte autor determinat de istis duobus no[m]i[ni]bus ambo et duo dice[n]s. Ambo et duo faciu[n]t neutru[m] similari mari .i. masculino: vt pluraliter n[omina]t[iv]o hi duo he due hec duo. Deinde dicit q[uod] v[o]c[ativ]us est similis n[omina]t[iv]o: vt v[o]c[ativ]o o duo o due/ o duo. Deinde dicit. Orumq[ue] tenet genitivus intelligas in masculino et neutro genere. vt vocativo horum duorum tam pro masculino q[uam] pro neutro. De feminino aute[m] dabit doctrina[m] ibi. Prorsus femineum. Sed in neutro genere sepe dicimus duum in g[eni]t[iv]o: et hoc est si sincopa fiat. Ideo dicit. Sepe duu[m] [et]c. Dativus et ablativus faciu[n]t in obus vt dativo his duobus/ ablativo ab his duobus. in masculino et neutro genere. Et nos sociamus ha[n]c terminatione[m] os/ quarto .i. ac[cusativ]o masculino genere: vt ac[cusativ]o hos duos: sed tu dabis neutrum. id est neutrum genus in o quasi primum. id est nominativum: vt ac[cusativ]o hec duo pro neutro genere. Prorsus femineum. Hic dicit q[uod] ambo et duo habent femininum genus ad morem dominaru[m]. id est ad similitudinem hu[ius] nominis dominaru[m]: et pluraliter n[omina]t[iv]o he due/ g[eni]t[iv]o harum duarum/ dativo his duabus/ ac[cusativ]o has duas/ v[o]c[ativ]o o due/ ablativo ab his duabus. Et est sciendu[m] q[uod] ambo et duo sunt heteroclita declinatione: quia partim sunt prime declinationis/ partim secunde/ et partim tertie.

¶ Capitulum tertium de tribus gradibus comparationis.

Hunc gradibus ternis qui comparat ire notabis

¶ Hoc est tertium capitulum in quo autor determinat de tribus gradibus comparationis: et dicit. Tu notabis hunc qui co[m]parat .i. qui facit co[m]parationem ire .i. procedere tribus gradibus .i. co[m]parativo positivo et superlativo

De primis ambos debes formare supremos

¶ Dicit q[uod] tu debes formare duos gradus ultimos scil[icet] comparativu[m] et superlativum de primis .i. de positivis. Verbi gratia de hoc positivo doctus formantur doctior et doctissimus.

Est adiectivis gradum collatio talis
Dum valet augeri sua proprietas minui ve

¶ Dicit autor q[uod] adiectiva nomi[n]a quorum proprietas/ sive significatio potest augeri vel minui possunt comparationem recipere: vt albus/ albior/ albissimus. Hoc autem dicit: quia sunt multa nomina adiectiva quorum proprietas sive significatio no[n] potest augeri nec minui. ideo non possunt comparari: vt puta eternus/ perpetuus/ vnus/ nullus/ duo/ tria: et sic de aliis.

Declinat terna positiuo siue secunda

¶ Dicit autor q nomina positiua declinantur aut per secundã aut per tertiã declinationem. Et ratio est: quia si debẽt comparari oportet q sint adiectiua: sed nõ habemus adiectiua nisi in secunda declinatione: vt albus/alba/album. Aut in tertia: vt hic et hec fortis et hoc forte.

Si tibi declinet positiuum norma secunde
Taliter inde gradum debes formare secundum
I breuies quam dat genitiuus et or superaddes

De forma-tione com-paratiui.

¶ Hic autor docet formare comparatiuum a positiuo secunde declinatiõis dicẽs q si positiui gradus sint secunde declinationis comparatiue formari debent a genitiuo singulari i breuiata et addita or: vt doctus docti i breuiata et addita or fit doctior.

Terne consimili formabunt more datiui

¶ Hic docet formare comparatiuum tertie declinatiõis dicens. Datiui casus nominum tertie declinationis formabunt comparatiuum cõsimili more quo supra. quasi diceret q comparatiui gradus venientes a positiuis tertie declinationis formantur a datiuo i breuiata: vt forti addita or fit fortior.

Inde sinisterior et iunior excipiantur
Et potis et nequam prebent aliam tibi formam

¶ Hic ponit exceptionẽ a duabus regulis predictis dicẽs. Sinisterior excipiatur inde .i. a regula prima. Si tibi declinet: quia deberemus dicere sinistrior et dicimus sinisterior qd patet. Nam positiuus eius scilicet sinister facit in genitiuo sinistri addita or fit sinistrior: et non sinisterior. Iunior vero excipitur hic .id est ab ista regula. Terne consimili &c. quia deberemus dicere iuuenis iuueni iuuenior: et dicimus iunior. Et ista duo nomina potis et nequam prebent tibi aliam formã: quia potis excipitur ratione significationis. Nã potis .id est potens/ potior .id est melior. Nequam vero excipitur ratione formationis: quia cũ sit indeclinabile non debet hãbere comparatiuum ne superlatiuum: tamen habet nequior comparatiuum et nequissimus superlatiuum.

Verbum quandoqz vel que sunt prepositiui
Voces audiui supplere vicem positiui
Forme consimilis aduerbia sepe videbis
Participans iungis quod tunc pro nomine sumis

¶ Dicit q etiam a verbis descendunt comparatiua et ipsa verba loco positiuorũ ponũtur: vt ab hoc verbo detero deteris .id est vilescere peiurari: venit hic et hec deterior et hoc deterius .id est peior. Similiter a prepositionibus: vt a post posterior. Et ab aduerbijs: vt a pridem prior. A participijs sed tunc pro nominibus accipiũtur: vt doctus doctior. ¶ Construe sic. Ego audiui verbũ vel voces .i. dictiões que sunt prepositiue .id est prepositiones supplere vicem positiui gradus. Tu sepe videbis aduerbia consimilis forme .id est supplere vicem positiui. Tu iunge participans .id est participium: quod tunc sumis pro nomine.

Detero post extra pridemqz vel ante vel infra
Intra vel citra sapiens vltra prope supra

¶ In his versibus autor exemplificat id quod supra dicit .id est quod verba prepositiones/aduerbia et participia quandoqz accipiũtur loco positiuorũ. Textus de se est planus.

de formatiõe superlatiui.

Usqꝫ secunda tenens superantem de genitiuo
Sic formas iungis atqꝫ simus superaddes

¶ hic docet nos formare superlatiuum gradū: et dicit in conclusione ꝙ superlatiua que veniūt a nobus secūde declinatiõis in us terminatis: formantur a gtõ singulari addita s ⁊ simus: vt albus albior/addita s et simus fit albissimus. Tamen excipiūtur aliqua irregularia: vt bonus optim⁹/malus pessimus. de quib⁹ infra.

Cum tenet r rectus rimus est illi sociandus
Excipias dexter quod dat timus atqꝫ sinister

¶ Dicit ꝙ qñ ntūs scđe declinatiõis terminatur in r/superlatiuus gradus formatur ab ipso ntõ addita rimus: vt macer macerrimus. Dicit ꝙ dexter ⁊ sinister excipiūtur ab illa regula. Cum tenet r rectus: quia deberent facere dexterrimus et sinisterrimus: et faciunt dextimus ⁊ sinistimus.

In terna forma simus addes cum genitiuo

¶ Dicit ꝙ in tertia declinatione superlatiui formātur a gtõ singulari: vt fortis forti/addita s ⁊ simus fit fortissimus.

Sed tamen r recti sibi vult rimus associari

¶ Dicit ꝙ si ntūs desinit in r tunc debemus addere rimus formando superlatiuū vt acer acerrimus/niger nigerrimus.

Sequuntur exceptiones.

Dant tibi quinqꝫ limus que signat dictio fagus
Et sua composita sunt illis associanda

¶ Dicit autor ꝙ quinqꝫ superlatiua formātur in limus que signat hec dictio fag⁹ in qua dictione sunt quinqꝫ littere scilicet f/a/g/u/s. per f intelligitur facilis facillimus. per a agilis agillimus. per g gracilis gracillimus. per u humilis humillim⁹. per s similis simillimus. Et cõposita dictorū quiqꝫ etiam formant limus in superlatiuo: vt dissimilis consimilis pergracilis.

Dat remus supra cui post sociatur et extra

¶ Dicit ꝙ iste prepositiones supra post ⁊ extra faciunt superlatiuum in remus. vt supra supremus/post postremus/extra extremus.

Solus erit minimus faciunt ximus prope magnus

¶ Dicit ꝙ inuenitur vnū superlatiuū in imus/vt minimus. Prope vero ⁊ magn⁹ faciūt in ximus/vt prope proximus/magnus maximus. ¶ Cõstrue. Iste gradus minimus erit solus: qr nõ inuenitur alius gradus cõsimilis terminationis: ꝙ pro et prope et magnus faciunt in ximus: vt dictum est.

Datqꝫ timus citra bonus intra iungimus vltra

¶ Autor dicit ꝙ ille dictiones citra bonus intra et vltra faciunt superlatiuū in timus: vt citra citimus/bonus optimus/intra intimus/⁊ vltra vltimus.

Infimus est solus de pridem fit tibi primus

¶ Autor dicit ꝙ superlatiuus gradus de infra facit infim⁹ et ille est solus: quia nõ inuenitur alius consimilis/primus vero est superlatiuus de pridem.

Res bona res melior res optima res mala peior
Pessima res magna res maior maxima rerum
Parua minor minima dic multus plurimus addes
Plus pluris neutro totum plurale teneto

¶ Hic autor docet comparare ista noia .s. bonus/ malus/ magnus et paruus. Littera est clara. ¶ Deinde docet cōparare hoc nomē multus dicens. Dic multus plurimus addes .. Plus pluris neutro. Quasi dicat q multus plurimus/ multa plurima/ multum plurimum. gtō multi plurimi/ multe plurime/ multi plurimi. In plurali per omnia genera et per omnes casus cōparatur: vt pluraliter ntō multi plures plurimi/ multe plures plurime/ multa plura plurima. gtō etc.

I vel u si preit us sequitur magis et positiuus
Aut u si preit is tenuis fiet tibi testis

¶ Hic autor dicit q sunt aliqua noia que non hñt cōparatiuū nisi per suppletionē huius aduerbij magis et sui positiui: et sunt illa que habēt i vel u ante us: vt pius magis pius: aut u ante is. vt tenuis magis tenuis. textus est clarus.

Uoce gradus medij superant primos nisi quini
Junior atqz maior prior peior et minor ista.
Et non plura suis equalia sunt positiuis

¶ Autor dicit q noia cōparatiua habent superare sua positiua: nisi ista quinqz scz iunior et maior peior prior et minor que sunt equalia positiuis ¶ Cōstrue sic. igitur medij gradus. id est cōparatiui superāt primos .i. positiuos voce vna nisi quini. id est quinqz gradus que in littera ponuntur.

Credo gradus summos collatis connumerandos

¶ Id est quandocunqz fit comparatio per superlatiuum gradū tunc res excedēs et excessa debent importare vnā et eandem naturā et essentiā in specie/ vt sortes est fortissimus hominū.

Si gradibus summis fiat collatio debe
Rebus in excessis excedens participare
Congrua non est hec fortissimus est leo lincum

¶ Autor dicit q si superlatiuus ponatur in constructione vtrumqz extremum debent participare in eodem genere seu in eadē specie: vt petrus est fortissimus hominum. Sed si dicatur leo est fortissimus hoīm/ non cōgrue diceretur/ quia leo nō est de genere hoīm. Ideo subdit dicens. Congrue nō est hec fortissimus est leo lincum. quia leo non est de genere lincum .i. luporum.

¶ Capitulū quartū de generibus noīm.

In quantum potero de noie quolibet in quo
Ponatur genere presens est cura docere

¶ Hoc est quartum capitulum in quo autor determinat de generibus nominum seu articularū dictionū: dicit q presens cura est docere in p̄senti capitulo de genere. id est cuius generis sit quodlibet nomen: vt promissum est in prohemio/ ibi. Cuiqz sit articulo.

Sed quia per sexum mulierum siue virorum
Noscuntur propria non est mihi dicere cura

¶ Magister dicit q nō est cura sibi dicere de nominibus virorum seu mulierum/ q per sexum cognoscuntur/ vt patet.

Attendas hominum que nomina siue locorum
Hec sexu gemino iungunt sua significata

¶ Dicit q derivata a nomibus virorum et locorum sunt generis cois. vt priscianus/ hic et hec priscianista/ et ianua: hic et hec ianuensis: sic a iacobus iacobita. ab heremus heremita. ¶ Construe. Tu attendas .i. consideres que sunt nomia hominum siue locorum et hec noia iungunt sua significata gemino sexu .i. in comuni genere.

Et si diuisum tibi declinatio monstret

Ut grecus greca tanto leuius tibi fiet

¶ Quia possit aliquis dicere. q ista noia florentinus/ lombardus/ grecus/ hispan⁹ gallicus etc. no sunt gnis cois: sed per tres voces declinantur. et tamen sunt deriuata locorum. Rndit et dicit q qn inueniuntur talia no sunt intelligenda subesse regule predicte: sed facilius cognoscuntur. ¶ Construe sic. si declinatio monstret tibi diuisum vt grecus greca grecum. tanto leuius fiet tibi declinare.

Quedam sunt opera solis maribus adhibenda

¶ Dicit q quedam nomina officiorum sunt danda solis maribus/ vt papatus/ notariatus/ et sunt generis masculini.

Quedam femineis quedam dat sexus vterqz

Inde genus poterit per nomina multa patere

¶ Dicit q sunt queda noia officiorum pertinentia solis mulieribus: et illa sunt generis feminini vt obstetrix/ puerpera. Et queda sunt indifferenter conuenientia marib⁹ et feminis et illa sunt generis cois: vt hic et hec agricola/ hic et hec lixa. id est pincerna. hic et hec antistes. id est presul.

Que fiunt propria fluuiorum pone marina

¶ Dicit q ppria noia fluuiorum sunt gnis masculini. ¶ Construe. Tu pone marina. id est masculinu genus q sunt ppria noia fluuiorum. vt hic padus. hic secana.

Nominis arborei vis hec sibi vult sociari

¶ Modo autor dat regula de noib⁹ arborum dicens q sunt generis feminini. vt hec pirus/ hec pomus.

Pro mare pone siler rubus dumus ac oleaster

¶ Dicit q a dicta regula excipiuntur ista que sunt gnis masculini: vt hic siler virgula ad ligandum vitem. hic dumus/ rubus. hic oleaster dicitur oliua siluestris.

Proficit ad vitem siler hic: siler hoc dat odorem

¶ Dicit q siler dupliciter declinatur et habet duo significata: vt hic siler est ligamen ab arbore factum ad ligandum vitem/ et hoc siler pro herba dat odorem: et est neutrum. nam dicunt medici siler montanum in neutro genere.

Angelicum nomen dabit hic: sed dicito neutra

Plurali numero cherubin seraphinqz beata

¶ Dicit q noia angelorum et chororum sunt gnis masculini: vt hic michael. Sed duo noia cherubin et seraphin sunt gnis neutri pluralis numeri et indeclinabilia vt pluraliter nto hec cherubin pro choro angelorum. similiter et seraphin.

Est cherub et cherubim cherubin seraphim seraphinqz

Atqz seraph: facit n neutrum dabit m maris vsus

¶ Dicit q inueniuntur hic cherub et hic cherubim pro noie angeli. et hoc cherubin pro noie angelorum vel pro choro. Inuenitur hic seraph et hic seraphim pro nomine angeli. et hec seraphin pro nomine angelorum vel choro.

Hecqz dabit virtus dominatio siue potestas

¶ Dicit q ista noia chororum angelorum sunt gnis fe. s. dnatio/ virt⁹/ potestas. ¶ Co

rine sic. ꝙ pro ꝛ dñatio/virtus siue potestas dant hec. i. femininum genus.

Idola dicta dei dant hic/gerit hec dea dictum

¶ Dicit autor ꝙ nomina idolorū ad deos pertinētia sunt gñis masculini. vt hic satur nus: sed ad deas pertinentia sunt gñis femi: vt hec venus. Ordina sic litterã. Idola dicta. i. idola nominata dei. i. ad modū deorū dãt hic. i. genus masculinū. Supple idola dicta dea. id est noīatū ad morem dee. gerit hec. i. femininum genus.

Nominibus volucrum nequit vt credo generalis
Norma dari tamen est nature sexus in illis
Hec (nisi gallina vel gallus) sunt epycena
Articulus namqꝫ sexum dabit vnus vtrumqꝫ
Masqꝫ columbus erit/muliebre columba tenebit

¶ Dicit autor ꝙ de nominibus auium modo vult dare regulã generalem. i. regulam de generibus eorū: tamen sexus nature est in illis: quoniã alique sunt mares alique femine: sed hoc difficulter cognoscitur. Deinde dicit ꝙ hec nomina sunt epycenū. promiscui generis: nisi gallus quod est generis masculini ꝛ gallina feminini. Deinde declarat quid sit genꝰ epycenum dicens ꝙ illa noīa sunt epycena. i. promiscui generis que sub vno articulo cōprehendunt animalia vtriusqꝫ sexus: vt hic miluus. Et ideo dicit. Articulus namqꝫ. Deinde dicit. ꝙ colūbus est generis masculini/columba generis feminini.

In triplici genere numeralia nomina pone
Que sunt mobilia per se fiunt manifesta

¶ Dicit ꝙ nomina numeralia sunt generis oīs. vt hic ꝛ hec ꝛ hoc quattuor. Sed illa nomina mobilia. id est adiectiua per tres voces declinata per se fiunt manifesta: vt vigesimus/vigesima/vigesimum.

Barbara greca genus retinent quod habere solebant

¶ Dicit ꝙ noīa barbara ꝛ greca sunt illius generis apud latinos cuius erãt apud grecos ꝛ barbaros: vt lybiē/hylion/ꝛ tenedos.

Debes in mente generalia dicta tenere
Debent ex omni norma generalia demi
Et sic excipere quia nō licet hec iterare

¶ Dicit autor ꝙ regule generales predicte debent in mente retineri tanqꝫ exceptiones a regulis sequentibus: quia amplius non intendit reiterare. Ideo subdit ꝙ generalia predicta debent demi. i. excipi ab omni norma sequente.

¶ Regule speciales de generibus nominū.

Sit tibi nomen in a muliebre: sed excipe plura — A hec prime decli.

¶ Dicit autor ꝙ noīa in a terminata sunt generis feminini: vt hec musa. Deinde ponit exceptionem dicens. Sed excipe plura. i. pluraliter declinata: vt pluraliter ntō hec arma que sunt generis neutri. Aliqui dicunt. Excipe plura. i. multa nomina sicut inferius patebit.

Quod declinatum dat tertia sit tibi neutrū — A hoc tertie declī.

¶ Dicit autor ꝙ nomina tertie declinationis in a terminata sunt generis neutri: vt thema thematis/dogma dogmatis.

Deriuatiua decet ꝛ cōpositiua notare

¶ Autor dicit q̄ noīa deriuata sunt excipienda a regula predicta: vt hic ꝛ hec heremita qḋ deriuatur ab heremꝰ/mi. Et etiā cōposita vt agricola qḋ cōponitur de ager ꝛ colo/lis. ꝛ terrigena que nō sunt gn̄is feminini sed communis vt sequitur.

Officiorū nomina. Nomina signari debent simul officiorum
Si sexu gemino iungunt sua significata
Omnibus his hic ꝛ hec iungatur: ꝛ hac ratione
Quod colo componit commune locare decebit
Quodqꝫ facit gigno pincerna lixaqꝫ iungo
Aduena siue scita: sed si mas presit in istis
Ut grecus tubicen/erit a tantum muliebre

¶ Autor dicit q̄ noīa officiorū debēt signari. i. excipi vt sacrista qḋ est gn̄is masculini et aliqua feminini. et aliqua scd̄m qḋ est officiū maribꝰ ꝛ mulieribus vł vtriqꝫ attributū. Ideo subdit dicens. Si ista noīa officiorū iungunt sua significata in gemino sexu. ita vt vna voce important masculinum et femininum hic ꝛ hec iungitur omnibus his: vt hic ꝛ hec agricola. i. ille vel illa qui vł que colit terrā vel agrū Deinde magis declarat dicens. Et in hac ratione. i. per hāc rationem antedictā cōposita de colo colis ꝛ gigno gignis sunt gn̄is cōis: vt hic ꝛ hec celicola. ille vel illa qui vel que colit celū: vt hic ꝛ hec terrigena est ille vel illa qui vel que de terra ortus vel orta est. Iungo etiam predictis pincernā et lixa que sunt gn̄is cōis. Similiter aduena siue scita nomen populi. Sed si mas. i. masculina terminatio presit. i. preponatur feminine terminationi in istis predictis nominibꝰ a. id est illa dictio in a terminata erit tantum muliebre. i. feminini generis vt grecus est gn̄is masculini. greca est gn̄is feminini vt hic tubicen est gn̄is masculini. ꝛ hec tubicena est generis feminini et est ille vel illa qui vel que canit in tuba.

A hic p̄re declina. Si solis maribus detur hic tenet vt patriarcha

¶ Autor dicit q̄ nomen officij pertinens ad solos mares est generis masculini. Exemplum: vt hic patriarcha.

Non est verbigena nisi christus vera sophia

¶ Quamuis autor dicit q̄ cōposita de gigno gignis sunt generis communis. Tamen dicit q̄ verbigena est gn̄is masculini: ꝛ pertinet ad christum solum.

A hoc. Mannaqꝫ neutrale cum pascha dicitur esse
Mammona sic dicas neutrum muliebre polenta

¶ Autor dicit q̄ hec duo nomina scilꝫ manna ꝛ pascha sunt generis neutri et etiā hoc nomen mammona. id est deus diuitiarū est gn̄is neutri. Sed polenta est generis feminini. i. farina leuissima.

Cetaqꝫ balena mustela talpaqꝫ dama
Et panthera simul predictis annumerabis
Articulo sexū signant vtrumqꝫ sub vno

¶ Autor dicit q̄ ista noīa. s. hec ceta et balena pro eodem/mustela hec dama hec talpa sign̄t vtrumqꝫ sexum sub vno articulo. Quasi dicat sunt gn̄is ꝓmiscui: et etiam hoc nomē pāthera est gn̄is ꝓmiscui: ꝛ est animal multū coloratū. Ceta piscis marinus. balena etiā est piscis marinus. Mustela est quoddam animal mures capiens. Talpa (a molle) Dama est animal timidum fugiens canes.

E hoc. Neutrum nomen in e facit vt presepe cubile

¶ Autor dicit q nomen in e terminatū est generis neutri: vt hoc presepe/ hoc cubile. id est lectus vel camera vbi cubatur.

Adiectiua notes hec barbara grecaqꝫ poscunt

¶ Dicit autor q noīa adiectiua in e terminata sunt notanda: q: non semper sunt gnīs omnis: sed aliquādo masculini: vt quisqꝫ. aliquando feminini: vt queqꝫ. aliqñ ols: vt quinqꝫ. Deinde dicit q barbara greca in e desinentia poscunt articulū hec. id est genus femininum: vt hec sinodoche/ hec lybie/ hec phebe: ꝛ similia.

Neutrum plurale fit cete recollige tempe

¶ Dicit q ista nomina cete ꝛ tempe sunt generis neutri numeri pluralis ꝛ indeclinabilia: vt pluraliter ntō hec cete. id est balene. Et pluraliter ntō hec tempe. id est loca delectabilia.

I neutrum ponis: tamen adiectiua notabis I hoc.

¶ Dicit q noīa in i terminata sunt generis neutri: vt hoc gummi. Tamen tu nota his adiectiua: vt hic ꝛ hec ꝛ hoc huiusmodi ꝛc̄. que sunt generis omnis.

O sicut cento maribus sociare memento O hic.

¶ Dicit q noīa in o termīata sunt generis masculini: vt hic cento/ centonis. id est milium vel aliud semen centum grana producens in quolibet germine.

Que dant do vel go bene signes: si tamen ex o Do hec.
Obliquus facit i que poscunt hec sibi subdi Go hec.

¶ Autor dicit q a predicta regula excipiūtur noīa terminata in do ꝛ in go q̄ mutant o in i in gtō: quia talia poscūt hunc articulum hec sibi subdi. i. sunt gnīs feminini: vt hec dulcedo dulcedinis/ ꝛ hec caligo caliginis.

Hic recipit cardo margo sociatur ꝛ ordo

¶ A predicta regula excipiuntur ista scilicet cardo cardinis/ margo marginis/ ordo ordinis. Nam licet desinant in do ꝛ in go: ꝛ mutant o in i in gtō: tamen nō sunt generis feminini: sed generis masculini.

Omne dabit pseudo presto dabit hoc tibi pondo

¶ Dicit autor q ista nomina scilicet pseudo ꝛ presto sunt generis omnis: vt hic et hec ꝛ hoc pseudo. i. mēdax. hic ꝛ hec ꝛ hoc presto. i. promptus. Deinde dicit q hoc nomen pondo dabit hoc. i. genus neutrū: vt hoc pondo/ genitiuo huius pondo indeclinabile. id est pondus.

Est communis homo pariter cum virgine latro

¶ Dicit q homo virgo et latro sunt generis communis. Latro est qui insidiat ad occidendum (a morderer)

Hec dat verbale per io caro talio iungo Io verbale hec.

¶ Autor dicit q desinētia in io sunt generis feminini: vt lectio lectiōis. Caro etiā facit carnis: ꝛ est generis feminini. Similiter talio qđ est recompensatio in malo: vel mala remuneratio: vt qui de pede percutit pede percuciatur/ et qui oculo priuabit oculo priuetur.

Articulum mutat ꝛ triplicat vnio sensum

¶ Dicit autor q hoc nomen vnio habet triplex significatum: ꝛ secundum hoc variat articulum. Nam aliquādo est idem q punctus ꝛ tunc variatur per hic: ꝛ similiter quando est lapis preciosus. Aliquando est idem q coniunctio: ꝛ tunc variat per hec. Vn̄. hic lapis hic punctus/ hec vnio proximitasqꝫ.

V/ c/ d/ vel t neutris debes sociare V/ c/ d/ t. hoc.

¶ Dicit autor q nomina termīata in u/ in c/ in d/ et in t/ sunt generis neutri: vt hoc

cornu/hoc lac/quod ⁊ quid/hoc caput.

Tot quot dat omne genus et que nos de tot habemus

¶ Omnis dixit ꝙ desinentia in t/sunt generis neutri. Ideo excipit tot ⁊ quot dicens ꝙ sunt generis omnis cum eorum compositis: vt quotquot ⁊ totidem.

Al hoc.

Sit tibi nomen in al neutrum sic pone tribunal

¶ In hac parte autor dicit ꝙ desinētia in al sunt generis neutri vt hoc animal/hoc tribunal: et est sedes in qua redditur ius.

Hic sal hocqꝫ dabit neutro plurale carebit

¶ Autor excipit a regula predicta hoc nomen sal dicens. ꝙ aliquādo est generis masculini ⁊ sic excipitur ⁊ variatur in plurali vt pluraliter ntō hi sales. i. reprehensiones. Aliquando est generis neutri ⁊ sic nō excipitur: ⁊ caret ntō plurali.

El hoc.

El neutrum pone: sed propria nomina tolle

¶ Dicit ꝙ noia terminata in el sunt gñis neutri. vt hoc mel. Sed propria nomina excipiūtur: vt rachel nomen femine. Uriel nomen angeli generis masculini.

Il hoc.

Il dabit hoc: demas hic ⁊ hec vigil: pugil est mas

¶ Dicit ꝙ nomia terminata in il sunt generis neutri: vt hoc nil. Demas. id est excipias: vt hic ⁊ hec vigil: quod est generis communis. Et hoc nomē pugil est mas id est generis masculini.

Ol hic.

Ol tenet hic vt sol: dicetur femina nichol

¶ Dicit autor ꝙ desinētia in ol sunt generis masculini vt hic sol. nichol dicetur femina. i. generis feminini.

Ul hic.

Ul dabit hic vt consul; hic ⁊ hec dant presul et exul

¶ Dicit ꝙ desinētia in ul sunt gñis masculini vt hic consul. Sed presul ⁊ exul sunt gñis cōis. Consul qui dat consilium. Presul est episcopus. Exul (an outlawe)

Am oīe.

Omne genus dabit am/sic debes ponere nequam

¶ Dicit ꝙ terminata in am sunt generis omnis: vt hic ⁊ hec ⁊ hoc nequam. i. malus prauus vel miser.

Em hoc.

Tantumdem neutrum/totidem plurale fit omnis

¶ Dicit ꝙ tantumdem. id est tantum idem (as moche) est generis neutri: et totidem. i. tot idem est generis omnis: ⁊ pluralis numeri.

Um hoc.

Um neutrum facies: mulierum nomina signes

¶ Dicit autor ꝙ nomia terminata in um sunt generis neutri: vt hoc scamnū. Nomina mulierū excipiūtur: q̄ sunt gñis feminini. vt doretiū/philoretiū noia mulierꝝ.

An hic.

Hic dat nomen in an testis fiet tibi titan

¶ Dicit autor ꝙ etiam terminata in an sunt generis masculini: vt hic titan. i. sol.

En hoc.

En dabit hoc sed ren dabit hic pecten simul ⁊ splen

Atqꝫ lien/iungas ⁊ ei que de cano formas

His adiunges hymen mas est neutrumqꝫ repertum

¶ Dicit ꝙ noia terminata in en sunt generis neutri: vt hoc nomē/numen/sed ren ⁊ pecten ⁊ splen atqꝫ lyen sunt gñis masculini. ⁊ iungas ei alia noia que tu formas de cano canis: vt tubicen est ille qui canit in illo instrumēto quod dicitur tuba. Et etiā adiūges his predictis hymen qđ est idem ꝙ deus nuptiarum: qđ est generis masculini: ⁊ aliqñ generis neutri/pro pellicula conseruante virginitatem.

Hec retinet syren/dabit hic faciens sacra flamen

¶ Dicit ꝙ syren piscis marinus est gñis fe͞i. flamē vero pro sacerdote iouis est generis mas. hoc est ꝙ dicit. hic faciens sacra flamen. Sed pro vento est neutrum.

In dabit hic vt delphin / nec talia multa supersunt In hic.

¶ Dicit ꝙ noīa terminata in in sunt generis masculini: vt hic delphin. id est piscis multum diligens hominem.

On maribus iungas tamen inde localia demas On hic.

¶ Autor dicit ꝙ nomina terminata in on sunt generis masculini: vt hic demon canon. id est regula. Nomina localia excipiūtur que sunt gñis feminini: vt hec babylon. ⁊ aliquando generis neutri: vt hoc ylion.

Que dya siue gera componunt sint tibi neutra

¶ Dicit ꝙ composita de dya / siue gera: sint generis neutri. vt hoc dyatesseron: qđ est species cantus. et hoc geralogodion quod est vocabulum medicorum.

Ponis nomen in ar neutrum / sotular dat hic ⁊ lar Ar hoc.

¶ Dicit autor ꝙ noīa in ar terminata sunt gñis neutri: vt torcular. Deinde ponit exceptionem dicens. Sotular ⁊ lar dant hic. i. genus masculinū. sotular est calciamentum. Lar est equiuocum. Lar casa / lar domus / lar ignis / larqꝫ foramen.

Sed tria dant genera par ⁊ sua composituua

¶ Ponit aliam regulam ⁊ exceptionem dicens ꝙ par ⁊ sua composita sunt generis omnis: vt impar / ⁊ compar / dispar.

Er maribus detur / iter hoc vesperqꝫ sequetur Er hic.

Spinter seu ruder decet his adiungere iuger

¶ Dicit autor ꝙ noīa terminata in er sunt generis masculini: vt hic liber. Iter. id est via. ⁊ vesper excipiuntur: q₂ sunt generis neutri. Spinter etiam quod idem est ꝙ fibula vel clauus fibule. ⁊ ruder qđ idem est ꝙ stercus alini vel ramus de vite recisus: vt aliqui dicūt. Iuger etiam his adiungitur: q₂ est gñis neutri: vt hoc iuger est tantū spaciū terre quantū arare potest per bouem in vna die.

Campester volucer alacerqꝫ pedester equester Xij. adiec.

Siluester celeber acerqꝫ celerqꝫ saluber hic er.

His in bis quinqꝫ tenet hic er hec is et hoc e hec is.

Datqꝫ sequester idem quod terne siue secunde hoc e.

Sicqꝫ paluster erit: hic ⁊ hec alacris retinebit

¶ Autor dicit ꝙ his decē nominibus supradictis ista terminatio er ponitur in masculino tantum. is in feminino. ⁊ e in neutro. Quasi dicat ꝙ debēt variari per tres articulos et tres voces: vt hic campester / hec campestris / hoc campestre. Sed dicit ꝙ hoc nomen sequester potest esse secunde ⁊ tertie declinationis quādo est tertie declinatur sic. hic sequester / hec sequestris / hoc sequestre. quādo est secūde declinatur sequester sequestra sequestrum. Paluster etiaȝ eodem modo declinatur id est stans in paludibus. Alacris potest esse gñis communis: vt hic ⁊ hec alacris. ⁊ hoc alacre. Et hoc dicit ꝙ superiꝰ dixerat ipm esse gñis feminini. hic alacer / hec alacris / hoc alacre. ⁊ est hoc ꝙ dicit. hic ⁊ hec alacris retinebit. Unde campester ꝗ moratur in campis. Uolucer (swyft) Alacer vel alacris. id est fortis velox ⁊ letus. Pedester. id est pedes peditis qui pedibus transit. Equester. id est eques equitis qui equo transit. Siluester qui in siluis moratur. Celiber. id est festiuus sanctus. Acer. i. asper crudelis. Etiam est fortis / viuidus / firmus / agilis / vigilans. Celer. id est velox. Saluber. id est sanctus / saluus / sanus. Seqnester. i. pacificans lites. Paluster qui habitat in palude.

Uer/ber hoc. **Tertia dans ver ber dabit hoc: tamen hic tenet imber**
Et sua composita sunt adiectiua notanda

¶ Dicit autor ꝙ nomina tertie declinationis terminata in ber vel in ver sunt generis neutri: vt hoc tuber/hoc papauer. tamen imber et sua composita sunt gñis masculini: vt hic imber ⁊ decēber. Tamen adiectiua sunt notanda: vt celtiber qđ est gñis masculini. etiam saluber.

Sexum plura notant sicut mater mulierq;

¶ Autor dicit ꝙ plura nomina discernuntur per sexum: sicut mater ⁊ mulier: que sunt generis feminini.

Fetibus hoc terre dat tertia deme cucumer

¶ Dicit ꝙ nomina tertie declinationis fetibus terre conuenientia in er desinētia sunt generis neutri: vt hoc papauer/hoc piper. Sed excipitur cucumer qđ est generis masculini. ¶ Papauer est herba somnifera. Piper est species multum calida. Cucumer est herba cuius fructus est humide nature.

Et commune notes sicut sunt puber ⁊ vber
Degener ⁊ pauper/hec lynter dicere debes
Pluribus ex istis neutrum sociare videbis

¶ Dicit ꝙ aliqua nomina in er desinētia sunt generis communis: vt hic ⁊ hec puber. id est iuuenis incipiēs pubescere. Uber. i. fertilis. hic ⁊ hec degener. id est rusticus vel ignobilis/hic ⁊ hec pauper. tu debes dicere hec lynter. Deinde dicit ꝙ tu videbis neutrū sociare pluribus ex istis nominibus supradictis. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc vber. Et habetur exemplum de pauper in lucano. Lis est de paupere regno.

Ir hic. **Ir maribus detur/ir neutris associetur**

¶ Dicit ꝙ in ir terminata sunt generis masculini: vt hic vir. Excipitur hoc ir/quod est generis neutri/vt hoc ir. id est palma manus.

Est hic ⁊ hec martyr/hoc debes dicere gadyr

¶ Quasi dicat ꝙ martyr est generis cōis. et gadyr nomen loci est generis neutri.

Or hic. **Or maribus socia sed plurima sunt retrahenda**

¶ Dicit ꝙ desinentia in or sunt generis masculini/vt hic dolor. Sed plurima sunt excipienda: vt inferius patebit.

Omne memor iungit quod comparat ad duo transit

¶ Dicit ꝙ memor est generis omnis/⁊ comparatiua in or desinētia sunt generis masculini ⁊ feminini seu generis communis: vt hic et hec melior. Ideo dicit quod comparatiuum est transit ad duo scilicet genera/vt hic ⁊ hec fortior/hic et hec doctior/⁊c̄.

Mas tantum senior: hic ⁊ hec sed dicitur auctor

¶ Dicit autor ꝙ q̄uis senior est comparatiuū/tamen est gñis masculini. Auctor est generis communis.

Equor ador marmor ⁊ cor sunt neutra: sed arbor
Hec tenet atq; soror sexu noscuntur ⁊ vxor

¶ Dicit ꝙ ista nomina equor/ador/marmor/⁊ cor sunt generis neutri Sed arbor est generis feminini. Atq; pro et ista nomina scilicet soror ⁊ vxor noscūtur per sexū quia sunt generis feminini. Uocabula exposita sunt supra.

Que color atq; decus formant corpusq; notemus

¶ Dicit autor quod notare debemus noia que componuntur cum his nominibus scilicet color vt decolor .i. sine colore: cum decus vt indecor .i. sine decore/ cum corpus vt bicorpor .i. duorum corporum: que sunt generis omnis.

Nomen quod fit in ur dabit hoc testis tibi murmur — Ur hoc.
Multus erat murmur veteres quoque sic posuere

¶ Dicit autor quod noia in ur terminata sunt generis neutri: vt hoc murmur guttur iecur. Tamen reperitur generis masculini: vt in sacris scripturis. Multus erat murmur.

Si t vel x preit ur aut f hic ei sociemus
Dum sit gentile nomen aut auium speciale

¶ Hic ponit exceptionem a regula predicta dicens. Si hec littera t/ vel x/ vel f sit ante ur/ tunc illud tale est generis masculini: dum tamen sit gentile: vt asturur nomen loci vel populi aut auium speciale vt astur et furfur. Nota quod furfur aliquando est purgamentum farine alio noie siliqua. aliquando est nomen auis: et pro vtroque declinatur per hic sub masculino. Tamen quidam dicebant quod esset neutrum. Contra quem inuehitur Johannes de garlandia. Furfura qui dixit semper de furture vixit.

Hic aut hec turtur quod fertur piscis et auis

¶ Quasi dicat quod turtur potest variare per hic et significat piscem: et per hec et tunc significat auem. Unde. Turtur inheret aquis: turtur secat aera pennis.

Hic aut hec furfur: tamen adiectiua notentur
Que sexu gemino iungunt sua significata
Jungere dicuntur hic et hec fur ligur et augur
His datur hec norma que declinat tibi terna

¶ Dicit quod hoc nomen furfur potest declinari per hic et hec vt supra. Deinde dicit quod adiectiua que iungunt sua significata in gemino sexu .i. que pertinent ad mares et mulieres debent notari: quia sunt generis communis. Et hoc magis declarat dicens quod noia dicuntur sibi iungere hic et hec .i. dicuntur generis communis/ vt fur furis (a thefe). Ligur liguris lombardus. et augur diuinator. Deinde dicit quod hec norma datur de nominibus tertie declinationis: et non in aliis propter satur adiectiuum. Sciendum quod autor intelligit de adiectiuis significatione et non voce.

Hec dat nomen in as: facit hic as vas vadis et mas — As hec.

¶ Autor dicit quod noia terminata in as sunt generis feminini: vt hec pietas. Deinde ponit exceptionem dicens. Facit hic as .id est quod est generis masculini. Et vas vadis .i. pignus. et mas maris (anglice a man).

Nomen gentile commune locatur vt archas

¶ Autor dicit quod nomen gentile in as terminatum est generis communis: vt hic et hec archas nomen populi. nostras et vestras.

Que sunt concisa velut alpinas sociantur

¶ Dicit quod noia concisa .i. sincopata sociantur predictis: quia sunt generis communis: vt alpinas .i. habitans in alpibus. Et est concisum seu sincopatum: quia deberemus dicere hic et hec alpinatis: immo dicimus alpinas.

Omne tenet nugas nec declinabile credas

¶ Dicit quod nugas .i. loquax vel mendosus est generis omnis et indeclinabile.

Hic abbas pone boreas primasque gygasque

¶ Autor dicit quod abbas boreas primas gygas et elephas sunt generis masculini. Abbas est nomen dignitatis. Boreas boree prime est ventus septentrionalis.

Primas est propriũ nomen. etiam est magnus vir in magistratu positus. Gygas est vir mire magnitudinis. Elephas animal mire robustum et magnum.

Hoc phas atq; nephas retinet: sed dicitur hos vas

¶ Dicit q hec duo nomina inuariabilia scilicet phas et nephas sunt generis neutri. Et etiam vas vasis.

Es breuis hic. **Es breuis hic ponit: seges et teges hec sociabit**

¶ Autor dicit q nomina terminata in es breuem sunt generis masculini: vt hic limes limitis. Seges .i. semen. et teges .i. domus rusticalis sociabit hec .i. erit generis feminini. Et sic patet exceptio.

Et compes triplicat pes cetera que tibi format
Preter apes vel apis quoniã reperitur vtrumq;

¶ Autor dicit q compes compedis est generis feminini: et est cathena vel vinculum. Triplicat pes cetera que tibi format .i. composita a pes pedis sunt gñis omnis: vt bipes bipedis: preter apes vel apis quod est generis feminini. Et componitur ab a quod est sine et pes per contrarium exponendo.

Que duo dant signes miles equesq; superstes
Diues hebes sospes prepes teres et comes hospes
Inquies antistes ales dic per tria deses
Istorum multa legimus neutris sociata

¶ Dicit q ista noia que sunt gñis cõis excipiũtur scilz miles / eques .i. qui vadit in equo. Superstes .i. viuus. Diues / hebes .i. debilis. Sospes .i. sanus. Perpes .i. perpetuus. Aliqui dicunt q prepes est idem q velox. Teres .i. longus et rotũdus. Hic et hec comes .i. socius. Hospes est clarum. Inquies .i. sine quiete. Antistes .i. prelatus vel qui stat ante alios. Ales .i. velox. Dic per tria deses .i. omnis generis: et idẽ est q piger. Deinde dicit q multa istorũ nominũ vt supra reperiunt in neutro genere: vt diues monasterium.

Es longa hec. **Hec dabit es longe: verres hic debet habere**

¶ Dicit q terminata in es longam sunt gñis feminini: vt hec res et hec sedes. Deinde ponit exceptionẽ dicens. Verres debet habere hic .i. genus masculinũ .i. porcus non castratus. ¶ Hic posset aliquis arguere cõtra alexandrũ hoc modo: quero tibi gratia disputãdi. Cuius generis sunt stipes / limes. dico masculini. Qua regula dico. Es breuis hic ponit. Tũc quero cuius generis sunt sedes et proles: dico feminini. Qua regula dico. hec dabit es longe. Tũc quero quomodo scis et nescis stipes et limes terminari in es breuem: et sedes atq; proles in es longã: dico a magistro meo qui ista me docuit. Quomodo scit magister tuus? Dico per regulas positas in tertia parte de quãtitate syllabarũ. Cõtra hoc arguitur insolubiliter. Alexander hic de es breui et longa mittit nos ad tertiã partẽ. Et versus tertie partis de es longa et breui iterũ remittuntur ad istos textus prime partis scz. Mas aut cõmune si fiat in es breuiatã. ergo cõmittit circulũ et petit principiũ. Unde dicit in tertia parte. Obliquus crescẽs qui corripit ante supremã. In recto facit es curtã testis tibi miles. Ecce quomodo iste textus iterũ ad hũc remittit textũ prime partis primi capituli. Mas aut cõe si fiat in es breuiatã. Item dicit hic. Is ltis producta dabit. Uis scire que habẽt is productã: vade ad tertiã partẽ ibi habebis. Protrahit is rectus si protrahit genitiuus. Crescẽs vt sanguis etc. Ecce remittit de tertia iterũ ad primã. Ideo hec metra de es et de is merito venirent emendanda.

Hic aut hec de dies dant hi tantummodo plures
Cumq; meri dabit hic et patronymica iunges

¶ Autor dicit q̀ hoc nomen dies est gñis incerti in singulari numero et in plurali masculini: vt nõ hic vel hec dies. Et pluraliter nõ hi dies. Etiã si cõponatur cũ imeri est gñis masculini: vt hic meridies: ꝛ tu iunges etiam patronymica in es terminata: que sunt gñis masculini: vt hic priamides .i. filius vel nepos priami.

Es quoq; commune seu sunt heres locuplesq;

¶ Autor dicit q̀ nomen in es terminatũ est etiã commune .id est communis gñis seu pro sicut ista duo videlicet hic ꝛ hec heres heredis .id est successor legittim⁹ in bonis. Hic ꝛ hec locuples locupletis .id est diues.

Cum tenet i rectus super es ꝛ t genitiuus
Suscipit hic iungis paries fiet tibi testis

¶ Dicit q̀ nomen in es terminatum i precedente: ꝛ suscipiens hanc litterã t in genitiuo est generis masculini: vt paries parietis est facies muri.

Hec dicenda quies: his pes / sed dicitur hoc es

¶ Dicit autor q̀ quies est generis feminini: et est exceptio ab illa exceptiõe. Cum tenet i rectus. Deinde dicit q̀ pes est gñis masculini: et es eris est generis neutri.

Hec dat nomen in is: tamen hic declino molaris — Is hec.
Caulis ꝛ edilis ꝛ que crescunt genitiuis
X is preposita tenet hic aut consona bina
Unica dum teneas has / aut n littera / siue
In liquidam faciet penultima syllaba finem
Ut lapis ac axis piscis cinis vnguis et orbis

¶ Dicit q̀ nomen in is terminatũ dat hec .i. genus femininũ: vt hec nauis. Deinde ponit exceptionem dicens. Tamẽ hic declino molaris. Quasi dicat q̀ molaris est generis masculini: ꝛ idem est q̀ dens grossus: et etiã caulis ꝛ edilis que sunt generis masculini. Et illa que crescunt gt̃le: vt lapis lapidis. Deinde dicit q̀ illa que habent x ante is: vt axis polus rotarum. Et illa que habent duas cõsonantes ante is: ita q̀ sunt in vna syllaba: vt piscis. Et illa que habent n litterã ante is vt panis. Et illa quorũ penultima syllaba terminatur in liquidã: vt orbis ꝛ vnguis que omnia sunt generis masculini. Item caulis est quoddam olus. Edilis est nomen dignitatis vel custos edis. Orbis est mundus. Unguis est vngula in digitis vel pedibus.

Hec febris pestis neptis vallisq; bipennis
Et cassis iaspis lactis quoq; restis ꝛ aspis
Et pellis turris vestis peluis quoq; cuspis
Glis glissis glitis et patronymica iunges

¶ Autor facit exceptionẽ ab exceptione precedente. dicẽs q̀ nõia in littera posita licet comprehendi possit multipliciter in exceptione predicta nõ sunt gñis masc. immo feminini: vt hec febris pestis neptis lactis restis vestis ꝛ cuspis: que habẽt duas consonantes ante is in eadem syllaba: vt hec vallis bipennis securis scindens ab vtroq; latere. Pellis turris peluis quorum penultima terminatur in liquida. Hec cassis licet crescat in genitiuo: tamen est generis feminini. Deinde dicit q̀ finis et clunis sunt generis incerti. licet habeant n ante is. Deinde dicit q̀ classis .id est nauigium est generis feminini licet penultima terminatur in liquidam. ¶ Circa vocabula Febris est quidam morbus. Pestis .id est pestilẽtia. Neptis .id est cognata vel filia filij vel filie. Uallis (a valey). Bipennis est securis et vtraq; parte

scendēs. Cassis cassis. et cassis cassidis. vt supra in heteroditis. Jaspis est lapis preciosus. Lactis (the mylte) Nestis. i. corda. Aspis. i. serpens. Pellis. inde pellicium. Alia exposita sunt supra.

Hic aut hec finis clunis: dabit hec tibi classis
Et messis tussis ibis sic lis quoqz litis

¶ Id est quod nomina supradicta sunt generis feminini: et aliqua generis dubii. Finis est terminus. Clunis id est eminentior carnositas.

Hec tibi greca dabunt et eis se barbara iungunt

¶ Autor dicit quod nomina greca in is terminata: et etiam barbara sunt generis feminini: vt hec sunamitis. i. anima peccatrix. et colchis colchidis. i. mulier ex illa insula.

Adiectiua tenet hic et hec pariterqz tricuspis
Istius obliquis neutrum quandoqz locabis

¶ Dicit quod nomina adiectiua in is terminata sunt generis communis: vt hic et hec nobilis: et etiam tricuspis. id est trium punctorum est generis communis: tamē in obliquis casibus aliquando inuenitur generis neutri: vt tricuspidis telo. Ideo dicit. Istius obliquis.

Dis in plurali genus omne videtur habere

¶ Dicit autor quod dis in plurali numero est generis omnis: in singulari aliquando est generis masculini: vt dis pro plutone: et aliquādo est generis cōmunis: vt hic et hec dis. i. diues.

Est hic et hec testis ciuis burgensis et hostis
Et canis et iuuenis pariter commune scholaris

¶ Autor dicit quod nomina in littera posita sunt generis communis. Textus patet de se. Sed omnia excipiuntur ab illis regulis antedictis.

Os hic.

Hic os preponit: tamen hoc os oris et ossis
Et chaos atqz melos argos logos annumerabis

¶ Autor dicit quod nomina in os terminata sunt generis masculini: vt hic flos. Deinde ponit exceptionē dicens. Tenet hoc os oris et ossis. quasi diceret quod hec duo nomina scilicet os oris et os ossis. sunt generis neutri. Atqz pro et chaos est generis neutri: et idem est quod obscuritas: et melos. i. dulcedo. Argos est prima nauis grecorum. Et per hoc alia nomina greca terminata in os: vt logos. i. sermo.

Dant duo bos impos compos custosqz sacerdos

¶ Autor dicit quod ista nomina sunt generis cōis: vt hic et hec bos. hic et hec impos. i. nō potens. hic et hec compos. i. potens et eodem modo sacerdos et custos.

Hec dant glos cos dos sic greca locantur vt arbos

¶ Autor dicit quod ista nomina sunt generis feminini: vt hec dos dotis / et hec cos cotis (a whetstone) et hec glos glotis. id est mulier fratris. Et greca nomina sic locātur. id est sunt generis feminini: vt hec delos est nomen insule. Et arbos etiam est generis feminini. id est arbor.

Us secunde declin. hic.

Dant hic in us facta tibi declinante secunda

¶ Autor dicit quod nomina secunde declinationis terminata in us / dant hic. id est sunt generis masculini: vt hic dominus. ¶ Construe. Facta id est nomina terminata in us / secūda declinante. i. secūde declinationis / dant hic id est genus masculinum.

Hec paradysus habet nardus domus atqz hyacinctus

Et synodus costus et carbasus alnus abyssus
Aluus cristallus et humus byssusq; papirus
Hecq; smaragdus habet vannus colus atq; phaselus
Porticus egyptus dyphthongus ad hec referantur
Cristallum tamen hoc dicimus et hic paradysus

¶ Hic autor ponit exceptionē a regula predicta dicens ꝙ noīa cōtenta in his versibus supradictis sunt generis feminini: vt hec paradysus. hec nardus est quedā herba. hec domus. hec hyacinctus est nomen insule: ⁊ aliquādo sumitur pro lapide precioso. hec synodus cōgregatio sacerdotū. hec costus quedā herba odorifera. hec carbasus. hec alnus: nomen arboris. hec abyssus .i. profunditas. hec aluus id est vter. hec cristallus quidam lapis lucētissimus. hec hum⁹ .i. terra. hec byssus id est purpura. hec papirus in qua scribitur. hec smaragdus est quidam lapis preciosus. hec vannus est instrumentū quo purgantur blada. hec colus ex qua filantur femine. hec phaselus parua nauis. hec egyptus nomē prouincie. hec ballan⁹ castanea cocta in aquis. hec dypthongus. hec artus nomen stelle. Deinde dicit ꝙ inueniuntur hoc cristallum: ⁊ hic paradysus.

Hoc vulgus pelagus indeclinabile virus — Us tertie decli. hoc

¶ Autor dicit ꝙ vulgus ⁊ pelagus sunt generis neutri: sic etiam virus qđ est indeclinabile.

Os grecum sepe mutabis in us muliebre

¶ Nomina greca in os terminata apud latinos sepe terminantur in us: ⁊ sunt generis feminini: vt hec delus deli nomen insule.

Hoc terne dabis us si non tenet u genitiuus

¶ Dicit autor ꝙ noīa tertie declinationis terminata in us non habentia u in penultima genitiui sunt generis neutri: vt hoc corpus genitiuo huius corporis. ¶ Cōstrue. Tu dabis hunc articulum hoc nominibus tertie declinationis in us terminatis: si genitiuus non tenet u in penultima syllaba: ⁊ hoc dicit propter salus salutis ⁊ alia similia que non sunt generis neutri.

Dat lepus hic: tenet intercus genus omne vetusq;

¶ Dicit autor ꝙ hoc nomē lepus declinatur per hic: ⁊ est exceptio. Intercus ⁊ vetus doctrina ⁊ non exceptio.

Dant hec si crescat genitiuus ⁊ u sibi seruat — hec us tie si per. utis.

¶ Autor dicit ꝙ nomina tertie declinationis terminata in us habentia genitiuū superantē in cuius penultia hec vocalis u retineatur sunt generis feminini: vt hec salus salutis. hec virtus virtutis.

Hoc monosyllaba dant vt thus: sed dicitur hec grus
Hic dat et hec sibi sus/ epycenum dat genus hic mus

¶ Autor dicit ꝙ nomina tertie declinationis terminata in us vnius syllabe sunt generis neutri: vt hoc thus. Sed grus est generis feminini. Sus vero communis generis. Mus autem generis promiscui. Etiam declinatur per hic. Uocabula exposita sunt supra.

Est pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris sibi iungat

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen pecus pecudis est generis feminini: et pecus pecoris est generis neutri. fenus fenoris. Pus est generis neutri et indeclinabile differentia eorum patet supra.

Us quar/te.

Quarte nomen in us maribus sociare solemus

¶ Dicit autor q̄ nomina quarte declinatiōis sunt generis masculini: vt hic visus auditus/fructus/currus. ¶ Hic comprehenduntur infinita nomīa verbalia in us que formantur ab vltimis supinis verborum vt a video. visus visus visui. a rideo. risus risus risui. a fluo. fluxus fluxus fluxui. ab audio. auditus auditus auditui. et ab haurio. haustus haustus haustui. a colo. cultus cultus cultui. a fruor. fruct⁹ fructus fructui &c. Item continentur multa nomina in atus dignitatem significātia vt a papa. papatus papatus papatui. a cardinalis. cardinalatus cardinalat⁹ cardinalatui. ab episcopus. episcopatus. a decanus. decanatus. a doctor. doctoratus a magister. magistratus. a bacularius. baculariatus. a scriba. scribatus. a dux. ducatus. a miles militatus.

Hec anus atq; tribus et porticus et manus idus
Hec acus atq; pinus nurus socrus & domus adde
Hic tenet hec ve specus illi penus associemus

¶ Hic ponit exceptionem a regula predicta dicēs q̄ nomina in littera posita licet sint quarte declinationis/ tamen sunt generis feminini/ vt hec anus. i. vetula. hec tribus. id est progenies. hec porticus (anglice an hauen) hec manus. hec idus. i. diuisio temporis: pp̄ue sunt octo dies cuiuslibet mensis. hec acus. hec pinus. hec nurus. hec domus. hec socrus. ¶ Deinde dicit q̄ specus potest esse generis masculini vel feminini. Similiter penus. Unde acus est qua suitur/ quamuis sit tertie acus aceris est palea. Pinus est nomen arboris. Nurus est vxor filij. Socrus est mater vxoris vel mariti. Specus est foramen.

Cum nomen fit in aus hec illi iungitur vt laus

¶ Autor dicit q̄ nomina terminata in aus dipthongon sunt generis feminini/ vt hec laus.

bs/ms/ls ns/ps/rs hec.

S vult hec iungi si consona presidet illi

¶ Dicit autor q̄ nomina terminata in s precedente consonāte sunt generis feminini/ vt plebs. puls. hyems. mens. daps. pars.

Adiectiua notes quibus omne genus dare debes

¶ Hic autor ponit exceptionē dicēs. q̄ adiectiua debent excipi/ quia sunt generis omnis. vt hic & hec & hoc sapiens.

Mons pons fons hic dāt mars seps stirps dens quoq; quadrans

¶ Autor dicit q̄ nomina in littera posita sunt generis masculini. vt hic mons mōtis. & hic pons pontis. hic fons fontis. hic mars martis. i. deus belli. hic seps. i. serpens. hic stirps. i. truncus arboris. hec stirps. i. progenies. hic quadrans quadrātis: est instrumentum ad sciendum horas diei.

Et partes assis torrens sociabitur istis
Atq; calibs

¶ Dicit autor q̄ partes assis sunt quicuns &c. et hoc nomen torrens generale fluuiorum. et hoc nomen calibs iungitur predictis.

Dant hic ps iuncta polisyllaba: sed variantur
Hic aut hec forceps & adeps: sed dicitur hic seps

¶ Autor dicit q̄ nomina terminata in s precedente p sunt generis masculini polisyllaba. id est plurium syllabarum. vt hic auceps (a fouler) Sed forceps. id est instrumentum capiendi ferrum/ et adeps variātur per hic aut hec. id est generis in

certi. Sed hoc nomen seps pro serpente est generis masculini. Inuenitur etiã hic seps pro quo dicitur seps sepis.

Plura que dant hic & hec celebs infansq3 parensq3
Et princeps effrons illis coniunge bifrontem

¶ Autor dicit q plura reperiuntur in communi genere declinata: vt hic & hec celebs.id est cast9. hic & hec infans. hic & hec parẽs. hic & hec princeps. hic & hec effrõs id est sine fronte. hic & hec anceps.id est dubius.

Hec x preponas: sed plurima demere debes — X hec.

¶ In hac parte autor determinat de generibus nominum terminatorum in x/et dicit q nomina in x terminata sunt generis feminini: vt lex legis. Deinde dicit q plura debent excipi.

In triplici genere decet adiectiua notare

¶ Dicit q adiectiua in x terminata sunt generis omnis: vt hic & hec & hoc felix.

X e si preßit maribus polisyllaba iunges — X polisyllaba hic.

¶ Dicit q nomina in x terminata precedente e sunt generis masculini dũ sint polisyllaba.id est plurimũ syllabarũ: vt hic vertex.id est summitas capitis. codex.id est liber. ¶ Construe sic. Tu iunges nomina polisyllaba maribus.id est masculis si ista littera e preßit.id est ante sit huic littere x.

Est tamen hec pellex vibex obexq3 supellex
Forfex aut forpex hic aut hec dat tibi cortex
Atq3 silex

¶ Hic ponit exceptionẽ ab illa parte. X e si preßit maribus. Dicens q nomina que in littera ponuntur sunt generis feminini: licet habeãt e ante x vt hec pellex.i. meretrix. hec vibex signum factũ cum virga. hec obex est repagulum. hec supellex. id est mobilis. hec forfex est instrumẽtũ quo scindũtur fila. hec forpex est quo scinduntur pili. Cortex est generis incerti. et est quod circundat arborem.

Fetibus hoc terre dabis: hicq3 frutex retinebit

¶ Hic ponit aliam exceptionem dicens. Tu dabis hunc articulum hoc fetib9 terre.i. nominibus importãtibus fetus terre siue fructus: vt hec carix quedã herba. Excipitur frutex quod est generis masculini.i. densitas virgarũ vel frondium.

Et dux & coniunx commune locatur vt exlex

¶ Autor dicit q ista duo nomina dux & coniunx sunt generis cõmunis. Similiter hoc nomen exlex.id est sine lege.

Hic dant rex & grex fornixq3 calixq3 cilixq3
Et fenix mastix hic calx pedis: hec lathomorum

¶ Dicit autor q ista nomina sunt generis masculini: vt hic rex/hic grex/hic fornix fornicis.id est arcus lapideus. hic calix calicis est ciphus/vel in quo sacrificat. hic cilix cilicis quidam populus. hic fenix fenicis nomen auis. hic mastix species gũmi. hic calx calcis pro talo pedis est generis masculini.& pro cemento est generis feminini: et tunc non excipitur: sed continetur sub regula. hec x preponas. Et hoc est quod dicit. hic calx pedis hec lathomorum.i. lapidum coctorũ. Sed lathomus significat cesores et diuisores lapidum.

Trix tenet hec: tamen obliquis neutrum superadde
Victrices turbe victricia tela tulere

¶ Dicit autor q verbalia in trix desinentia sunt generis feminini: vt hec amatrix

Tamen in obliquis reperiuntur aliquando generis neutri: vt signa victricia. Ideo posuit hunc versum causa exempli. Victrices turbe victricia tela tulere.

Capitulũ quintum de preteritis & supinis verborũ

Ut tibi per metrum formatio preteritorum
Atqz supinorum presens pateat lege scriptũ
Et primo disce quid sit formatio prime

In isto capitulo autor intendit determinare de preteritis & supinis verborum Et primo preponit quid facere intendit/subiungens ordinem obseruandũ in principio ipsius capituli dicens. ꝙ primo intendit determinare de preteritis & supinis verborum prime coniugationis.

Ui vel ui vel di vel ti formatio prime

In hac parte autor determinat in generali de preteritis verborũ prime coniugationis ponendo vniuersales terminationes eorum. Et dicit ꝙ prima coniugatio verbi potest facere preteritũ in vi: vt amo/amas/amaui: in ui diuisas syllabas vt domo domui: in di vt do das dedi: in ti vt sto stas steti.

Aui preterita prime. As in preterito ui suscipit s remouendo

In hac parte autor procedit in speciali de preteritis verborum prime coniugationis: et dicit ꝙ verba prime coniugationis formant preterita a secunda persona presentis indicatiui modi remota s et addita ui: vt amo amas remota s & addita ui fit amaui.

Non sic formantur terquinqz: sed excipiantur
Cre/do/do/mi/iu/sto/pli/fri/so/ne/ve/la/se/cu/to

Autor ponit exceptionẽ a predicta regula dicens ꝙ terquinqz. id est quindecim verba prime coniugationis non formant preterita vt supra dictum est sed excipiuntur. Et primo ponit exceptionem demonstrando illa verba per syllabas in secundo metro contentas. In quo quidem metro sunt quindecim syllabe per quas quidecim intelligũtur verba. Per cre/intelligitur crepo crepas. per do/domo domas. per do/do das. per mi/mico micas. per iu/iuuo iuuas. per sto/sto stas. pli/plico plicas. fri/frico fricas. so/sono sonas. ne/neco necas. ve/veto vetas. la/lauo lauas. se/seco secas. per cu/cubo cubas. to/tono tonas. Scire debent pueri et eorum preceptores ꝙ fere omnia verba prime coniugatiõis/secunde/tertie/& quarte simplicis cõiugatio. et multa eorũ composita. Similiter omnia verba deponẽtalia exponũtur breuiter et distícte in libello qui dicitur exercitium puerorũ grãmaticale: quod exercitium multum perutile est omnibus grammaticã scire breuiter cupientibus.

Undecim habent ui. Nam cubo siue crepo domo deinde tonoqz vetoqz
Nexo plico sono seco deinde micoqz fricoqz
Pretereunt in ui diuiuisas do dedit & sto
Dat steti/iuuo iuui/preterit & lauo laui

Nunc ostendit autor quomodo verba predicta faciunt in preterito dicens. Nã id est certe ista verba cubo/crepo. &c. pretereunt. id est preteritũ faciunt in ui diuisas syllabas: vt cubo cubas cubui. crepo crepas crepui. do das facit dedi in preterito et posuit tertiam personam causa metri sto stas steti. Iuuo iuuas preterit. id est preteritũ facit in ui: vt iuuo iuuas iuui. lauo lauas laui.

Et neco quod necui facit et quandoqz necaui

De neco dic aui ferro necui reliqua ui

¶ Autor dicit ꝙ neco etiam excipitur quod facit necui in preterito: ⁊ aliquãdo fecit necaui in preterito: ⁊ sic non excipitur. Deinde assignat differentiã huius verbi dicẽs. Dic aui in preterito de neco ferro. dic necui reliqua ui in preterito. id est qñ cum omni alia vi ꝙ̃ cum ferro.

Increpo format ui tamen et reperitur in aui

¶ Autor dicit ꝙ increpo aliquando facit increpui et aliquando increpaui.

Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum
Hoc sine prebet ui tamen ⁊ reperitur in aui

¶ Autor dicit ꝙ plico/as. compositum cum nominibus facit preteritum in aui vt duplico duplicaui: quod componitur ex duo ⁊ plico. et aliter compositũ in ui diuisas syllabas: vt implico implicui: quod componitur ex in ⁊ plico. aliquando reperitur in aui/ vt supplico supplicas supplicaui.

¶ De supinis prime coniugationis.

Regula que formam seruans as mutat in aui
Recte preteritũ formando supinat in atum

Atũ supi- na prime.

¶ In hac parte autor determinat de formatione supinorum verborũ prime coniugationis dicens ꝙ verba prime coniugationis facientia preteritũ in aui per rectam formationẽ scilicet mutando as in aui. faciũt supinũ in atum: vt amo/ amas amaui amatum.

Sed lauo dat lotum vel lautum/ potoqꝫ potum
Doqꝫ datum/ dat stoqꝫ statum/ format iuuo iutum

¶ A predicta regula excipiuntur lautum vel lotũ. poto potas facit potum: ⁊ non potatum. Deinde dicit ꝙ do das facit datum. ⁊ sto statum. iuuo iutum: ⁊ est regula ⁊ nõ exceptio.

Quod dat ui dat itum nisi desinat in co sed in ctum
Ista supinantur/ plicat ⁊ micat excipiantur
Nam plico dat plicitum/ mico nescit habere supinũ

¶ Autor ponit aliam regulam dicens. ꝙ alia verba prime cõiugationis que faciunt preteritum in ui. diuisas syllabas faciũt supinũ in itum: vt sono sonas sonui sonitum. nisi hoc verbum desinat in co: vt frico. Nam ista verba in co desinentia supinantur in ctum: vt frico/ as/ ui/ frictum. Sed plico ⁊ mico excipiũtur: quia nõ faciunt in ctum: immo plico facit plicitum/ ⁊ mico caret supinis.

Aui dimico vel dat ui primumqꝫ supinat

¶ Quasi dicat ꝙ dimico/ as. facit preteritũ dimicaui vel dimicui: ⁊ inquantum facit dimicaui facit dimicatum in supino. Ideo dicit autor ꝙ primum supinat.

Sicqꝫ neco nectum facit et quandoqꝫ necatum

¶ Dicit ꝙ neco facit necatum in supino. s. quãdo facit necaui in preterito: ⁊ quandoqꝫ nectum in supino. s. quando facit necui in preterito.

More patris nexum faciet tibi nexo supinum

¶ Dicit ꝙ nexo nexas facit in suplo nexum more patris. id est primitiui sui necto quod etiam facit nexum. Inde nexo eius frequentatiuum.

Secunda coniugatio

Debes formare post primam verba secunde

¶ In hac parte autor determinat de preteritis et supinis verborum secunde coniugationis. Et primo dicit. Tu debes formare verba secunde coniugationis post primam scilicet coniugationem.

Ui vel ui/ vel di/ si/ format xiqz secunda

¶ Hic autor generaliter ponit omnes terminationes verborum secunde coniugationis dicens quod secunda coniugatio format preteritum in ui. vt moueo moues moui. In ui diuisas syllabas. vt moneo mones monui. vel di. vt video vidi/ vel in si vt rideo risi. vel in xi. vt augeo auxi.

Littera longa vel r ante deo si facit/ excipe stridi

¶ Id est verba secunde coniugationis in deo desinentia precedente vocali naturaliter longa vel in hac syllaba r/ faciunt preteritum in si: vt rideo risi. ardeo arsi. Excipe strideo quod facit stridi: licet habeat vocalem longam ante deo.

Si breuis est e vel i producitur atqz facit di

¶ Id est si ante deo sit e/ vel i breuis illa littera e vel i producitur in preterito et mutatur deo in di. vt video vidi/ sedeo sedi.

Deo si.

Ante deo veniens e vel o liquida mediante
Principium geminat si muta vel m venit ante
E vel o si iuncta sit mute lex tenet ista
Continue iuncta: si non lex non tenet ista

¶ Dicit autor quod si hec littera e vel o sit ante deo liquida mediante. i. existente inter e et o et deo: vt pendeo et mordeo: tunc illud tale verbum geminat principium preteriti: vt pendeo pependi. mordeo momordi: hoc tamen dicit. Si littera muta vel m/ venit ante e vel o vt patet in pendeo et mordeo. Deinde dicit quod illa lex. i. regula. Continua iuncta tenet. i. valida est semper si e vel o sit immediate iuncta littera mute: vt tendeo tendes tetendi. Nam hic immediate iungitur cum littera: et si non iungatur ista lex. i. regula non tenet. Et hoc dicit propter splendeo: in quo non iungitur p immediate cum littere e immo ista littera l est in medio. Et sic est dicendum in similibus.

Si componantur geminantia non geminantur
Lex erit hec cunctis: pos/ sto/ disqz remotis
Do sto composita geminabunt poscoqz disco

¶ Hic ponit vnum notabile validum per omnes coniugationes ad quas pertinet: et est exceptio ab illa regula in declinationibus posita. Simplicium norma formabis composita. quia per eandem regulam posset aliquis dicere quod verba geminantia preteritum in simplicitate geminent in compositione. Ideo autor super hoc notabile dicit. Si verba geminantia preteritum in simplicitate componentur composita illa non geminantur. Uerbi gratia. Mordeo mordes facit momordi. si componatur cum re/ vt remordeo: tunc non geminatur: sed facit remordi. Hec lex. i. regula erit cunctis verbis remotis illis que per has quattuor syllabas intelliguntur. Per do das dedi. cuius composita etiam geminantur: vt circundo circundas circundedi. Sto stas steti. cuius composita presto prestas prestiti. Pos. vt posco poscis poposci. et eius composita: vt reposco reposcis repoposci. Per dis. disco discis didici. eius composita. vt dedisco dediscis dedidici.

Curro tamen cum pre geminat sic pungere cum re

¶ Dicit quod curro curris licet geminet in simplicitate: quia facit cucurri: tamen si componatur cum pre/ etiam geminat: vt precurro precucurri. et pungo pupugi. si componatur cum re: vt repungo etiam geminatur: vt repupugi.

De secunda coniugatione.

Vocalis longa vel r ante deo geminans ve
Et que preponunt e breuem vel i patefiunt
Hec preter per ui deo preterit: excipe prandi
Pransus sum iunge: neutro passiua secunde

❡ Autor epilogat predicta vt epiloganōe sua aliam infert regulā. Et dicit verba secunde coniugationis in deo desinentia habētia vocalem longam vel r ante deo ⁊ illā que habent e vel i breuem ante deo: ⁊ illa que geminantur in preterito patefiunt. id est sunt manifesta vt supra dictū est. Deinde refert aliam regulam dicēs: ꝙ omnia verba secunde cōiugationis in deo desinētia preter hec que diximus faciunt preterita per ui diuisas syllabas: vt studeo studui. candeo cādui. sordeo sordui. Deinde ponit exceptionē dicens. Excipe prandi pransus sum qđ est preteritū de prandeo/ deo. deberet enim facere prandui. Iunge etiam neutro passiua secunde coniugationis que supplent preteritum sicut prandeo: vt soleo solitus sum.

Dans deo di vel si geminās ve supina dat in sum — De supinis
Sic sedeo sessum reddit tamen ss geminatum — in deo.

❡ Dicit autor ꝙ verba secunde coniugationis in deo terminata facientia preteritum in di vel in si/ ⁊ geminātia preteritū faciūt supinū in sum: vt ardeo arsum. video visum. mordeo momordi morsum. Sed excēplificat de hoc vbo sedeo sessum dicens. ꝙ facit in supino sessum: tamen geminat ss. Et in hoc excipitur: quia secundum regulam datam deberet facere sesum per simplicem s.

Gaudeo gauisus prebet: vult regula gausum — Geo si.

❡ Hoc clarum est: ideo expositione non indiget.

Preteriens in ui dat itum nullum ve supinum

❡ Dicit ꝙ verba secunde cōiugationis terminata in deo que faciunt preteritum in ui/ faciūt supinū in itum: vt studeo studui studitū. vel caret. Ideo dicit nullū ve supinum. vt candeo candui.

Si facit l vel r ante geo: xi littera longa
Vel dipthongus habet/ in ui geo cetera formāt

❡ Dicit ꝙ verba secunde cōiugationis hn̄tia l vel r ante geo faciūt preteritum in si: vt fulgeo fulsi: tergeo tersi. Xi littera loga. i. verbū habens litterā longam ante geo facit xi in preterito vt lugeo luxi. Vel dipthongus. i. verbū habēs dipthōgon ante geo facit xi: vt augeo auxi. Deinde ponit aliam regulā dicēs. In ui geo cetera formant. i. ꝙ oīa verba secunde cōiugationis de quibus non est facta mentio in deo desinentia faciunt preteritum in ui diuisas syllabas: vt vigeo vigui.

Prebēt ui nullum si per sum/ xiqꝫ facit ctum

❡ Dicit ꝙ verba desinentia in geo facientia preteritū in ui carent supinis vt egeo egui caret supino ⁊ facientia preterītū in si/ faciunt supinū in sum: vt algeo alsi alsum. ⁊ facientia preteritum in xi/ supinant in ctum: vt augeo auxi auctum.

Dic tamen indultum sed procreat vrgeo nullum

❡ Dicit ꝙ indulgeo/ geo. facit indultum et non indulsum: ⁊ ideo excipitur ab illa regula. Si per sum. Sed vrgeo vrgeo caret supino.

Addita muta leo facit cui/ uiqꝫ facit tum — Leo cui.
Sic leo sic oleo de se facit omne creatum

❡ Dicit ꝙ verba scđe cōiugationis desinentia in leo/ muta precedēte faciunt preteritū in eui: vt fleo/ fleo/ fleui. ui in tū/ fletū. Deiñ addit dicens ꝙ leo leo nou est in

visu in simplicitate: et etiam oleo et eorum composita. vt doleo et redoleo faciunt sic in preterito et in supino: vt doleo facit dolevi doletum. et redoleo redolevi redoletum.

Et quandoque tamen olui reperitur itumque

¶ Autor dicit quod oleo aliquando facit preteritum in ui et supinum in itum.

Ex oleo per ui venientia dic et in evi

Duplex preteritum reddit duplexque supinum

¶ Quasi dicat quod composita ex oleo oleo faciunt preteritum in ui vel in evi: vt redoleo facit redolevi. Et hoc est quod intendit.

Etum vel per itum dicas adolere per ultum

Hinc et adultus erit

¶ Autor dicit quod sicut oleo et sua composita dupliciter faciunt preteritum: ita dupliciter faciunt supinum. s. in etum et in itum. Deinde dicit quod adoleo/es. quod stat pro crescere facit adultum in supino. Et hinc derivatur adultus adulta adultum.

Addita muta leo patet hic oleoque leoque

Cetera verba leo per ui facit absque supino

¶ Hic epylogat autor ea que dixit de verbis desinentibus in leo: vt aliam inferat regulam. Et dicit quod verba desinentia in leo muta precedente et hoc verbum leo et oleo sunt manifesta quomodo faciunt preteritis et supinis per ea que dicta sunt. Deinde infert regulam dicens quod cetera verba in leo desinentia faciunt preteritum in ui divisas syllabas et carent supinis: vt calleo callui/palleo pallui.

Sed doleo dat itum soleo valeoque supinum

¶ Nunc ponit exceptionem a predicta regula dicens quod verba in littera posita faciunt supinum in itum: vt soleo solitum/valeo valitum/doleo dolitum.

Queo si. Si queo sumque facit: tamen in tum pluraque reddit

¶ Dicit autor quod verba desinentia in queo faciunt preteritum in si/et supinum in sum vt torqueo torsi torsum. Tamen sepe facit in tum: vt distorqueo distorques distorsi distortum vel distorsum.

Veo si. Dat veo vi per tum: vi format vbique supinum

Ex vi nil removens facies tum nil superaddens

¶ Dicit quod verba secunde coniugationis desinentia in veo faciunt preteritum in ui. Deinde dicit quod verbum faciens preteritum in ui mutat ui in tum formando supinum vbique id est in omni coniugatione: vt amavi amatum/movi motum/trivi tritum/audivi auditum. Et sciendum est quod nil debet mutari nisi solum ui in tum.

Excipe pas/ca/fa/se/la/sol/vol/ag/cog/et a/se

Dat caveo cautum faveo fautum: sed amictum

Ex amicire facis soluo voluoque dant utum

De sero sume satum lauo lotum pascoque pastum

Ag vel cognosco dat itum sepelire sepultum

¶ Ponit exceptionem a regula predicta. Excipe verba per has syllabas intellectas: que non faciunt in supino vt dictum est. per ca/caveo facies cautum: quod deberet facere cavtum/faveo fautum et non favtum/soluo solutum et non solvtum/voluo volutum et non volvtum/sero seris seui satum: et non setum/lauo lotum: et non lavtum/pasco pavi pastum: et non pavtum/ag. i. agnosco: vel pro et cognosco dat itum: vt agnitum et cognitum: et non agnotum

vel cognotum/sepelio facit sepultum/a.i.amicio facit amictum ꝛ non amicitum.
Ferueo ui dat siue bui conniueo ui xi
¶ Dicit autor ꝙ hoc verbū ferueo ferues facit ferui vł ferbui in preterito. Et hoc verbum conniueo facit conniui vel connixi.
Ui tum dante preit vocalis non breuiata
¶ Dicit ꝙ verba facientia preteritū in ui/et mutantia ui in tum in supino producunt penultimā supini in omni coniugatione: vt amaui amatum/fleui fletum/triui tritum/audiui auditum.
Qui ci si sa li i demantur ꝛ inde creata
¶ Nunc autor ponit exceptionē a regula predicta dicens. ꝙ supina que intelligūtur per has syllabas Qui ci ꝛc. demātur: quia corripiūt penultimam syllabam vt queo quiui quitum/cieo ciui citum/sero seui satū/lino lini litum/eo iui itū. Et sua composita: vt nequeo nequiui nequitum/oblino oblitum.
De deo deqꝫ geo leo vel queo vel veo dicta
Sufficiunt in ui diuisas cetera formant
¶ Hic autor epilogat omnia que dixit de verbis secunde cōiugationis vt inferat regulam generalem de ceteris: et dicit ꝙ ea que sunt dicta de verbis secūde cōiugationis terminatis in deo geo leo queo vel veo sufficiunt. Deinde infert exēplū dicens. ꝙ cetera verba de quibus nō est facta mentio formant sua preterita in ui diuisas syllabas: vt doceo docui doctū/moneo monui/sorbeo sorbui/timeo timui pareo parui.
Dat maneo mansi/iubeo iussi/neo neui
¶ Ponit exceptionem a regula predicta dicens ꝙ maneo facit mansi in preterito ꝛ non manui/iubeo iussi/neo neui.
Dans a per i maneo dat ui careatqꝫ supino
¶ Dicit ꝙ quando hoc verbū maneo mutat a in i in compositione facit preteritū in ui/ꝛ caret supino: vt immineo imminui.
Lucet pollucet faciunt xi mulceo mulsi
Hereo si prebet: dat sorbeo psiqꝫ buiqꝫ
¶ Dicit ꝙ luceo et polluceo faciunt preteritum in xi/mulceo facit mulsi/hereo hesi/sorbeo sorpsi vel sorbui.
Dat xi ctum/si sum: sed itum dat sorbeo sorptum
¶ Dicit ꝙ facientia preteritum in si de quibus diximus faciunt supinum in sum. vt maneo mansi mansum. Et facientia preteritum in xi faciunt supinum in ctum/ vt luxi luctum: secundum artem intellige: sed sorbeo facit sorbui vel sorpsi. et in supino facit sorptum vel sorbitum.
Que dant preterita per ui caruere supino
Ni faciunt in itum/teneo tentū/doceo ctum
Censeo dat censum: sed itum sua compositiua
Misceo dat mixtum/sic format iubeo iussum
¶ Dicit ꝙ verba secunde cōiugationis de quibus non est sermo carent supinis ni si faciunt in itum: vt placeo placitum. Deinde ponit exceptionē dicēs: ꝙ teneo facit tentum/doceo doctum. Censeo censes facit censum: ꝛ eius composita faciūt in itum: vt recenseo recensitum. Misceo misces mixtum: quod preterit in ui: et facit miscui/ꝛ iubeo facit iussi ꝛ iussum.

Pauca supinantur preter sex neutra secunde
Sex retinent neutra pla no ca va pa doqꝫ supina
Formant in itum doleo noceo valeo placeoqꝫ
Pareo prebet itum/licet ac oleo taceoqꝫ
Dat careo carui caritum cassumqꝫ supino

¶ Dicit ꝙ pauca verba secunde cōiugationis faciētia preteritū in ui habent supinum/preter sex que per syllabas intelligūtur. Per pla/placeo/ces. no/noceo/ces. ca/careo/es. va/valeo/es. pa/pareo/es. do/doleo/es. Deinde declarat quomodo faciunt in supinis dicens. ꝙ noceo doleo placeo ⁊ valeo faciūt supinū in itū. Careo facit caritum vel cassum. Pareo paritū. Liceo licitum. Oleo olitū. Taceo tacitū.

Cum dat ui pateo dat passum torreo tostum

¶ Dicit ꝙ pateo pates licet faciat preteritum in ui: tamē facit passum in supino. Torreo torres pro assare facit tostum in supino.

Pando pati pateo passum fecere supino

¶ Dicit ꝙ pando pati. i. patior: ⁊ pateo faciunt passum in supino.

¶ De tertia coniugatione.

Versibus his terna formatio fiet aperta

¶ In hac parte autor determinat de tertia coniugatione verborum/et dicit ꝙ in sequentibus versibus tertia formatio. i. cōiugatio fiat aperta. i. manifesta.

Ui vel ui vel di ri ci ui dat tertia gi xi
Li si bi pi psi pariter mi qui quoqꝫ cum ti

¶ Uerba tertie coniugationis aliquando faciunt preteritū in ui/vt tero triui. aliquando in ui/vt strepo strepui. in di/vt reddo reddidi. aliquādo in ri/vt curro cucurri. in ci/vt vinco vici. in xi/vt cingo cinxi: et sic de ceteris.

Cio eci. A breuis ante cio cum compositis facit eci

¶ Dicit autor ꝙ verba terminata in cio a breui precedēte: faciūt preteritū in eci tam simplicia ꝙ̄ composita/vt facio feci/reficio refeci.

Elicui preter cio cetera format in xi
Elicui dat itum ci vel xi transeat in ctum

¶ Dicit ꝙ hoc verbū elicio facit elicitum in supino/xi. i. faciētia preteritū in xi vel ci/faciunt supinum in ctum: vt facio feci factum.

Si presens tenet a tenet hic ⁊ vbiqꝫ supina

¶ Dicit ꝙ si presens tempus tenet a/vt facio/supina retinent a vt factum/hoc intellige vbiqꝫ. i. in omni coniugatione.

A si composita mutant in i dant e supina

¶ Autor dicit ꝙ si composita mutant a in i/vt ex in ⁊ facio componitur inficio. tūc supinum facit in e. vt inficio infeci infectum.

Ut probat inficio: sed debes demere do go

¶ In hoc versu ponitur exemplū regule precedentis. cū dr. Ut probat inficio. Deinde ponit exceptionem cum dicit. Sed debes demere do go. Quasi dicat ꝙ verba in do ⁊ in go terminata excipienda sunt a regula predicta: q̄ nō habent in supino sicut regula presupponebat: immo retinent illā litterā quā habet suū simplex

vt ab occido occasum: quod componitur ex ob ⁊ cado ⁊ exigo exactum quod componitur de ex ⁊ ago. deberemus enim dicere exectum ⁊ occesum.

Dat di sumq; dio: gio gi dat itumq; supino Dio di.

¶ Dicit ꝙ verba tertie coniugationis in dio desinentia faciũt preteritũ in di ⁊ supinũ in sum: vt fodio fodi fossum. Deinde dicit ꝙ terminata in gio faciunt preteritum in gi, et supinum in itum: vt fugio fugi fugitum. Gio gi.

Dat pio semper ui sine cepi siue cupiui Pio ui.

¶ Dicit autor ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in pio: faciunt preteritum in ui: vt rapio rapui, sine cepi. i. excepto hoc verbũ capio qđ facit cepi et cupio cupiui.

Ptum facit omne pio: sapio cupioq; remotis

¶ Dicit ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in pio quecunq; faciunt preteritũ faciunt supinum in ptum: vt rapio rapui raptum: ⁊ capio cepi captum. Deinde ponit exceptionem dicẽs. Sapio cupioq; remotis. quia nõ faciunt supinũ in ptum immo sapio facit sapitum: ⁊ cupio cupitum: hoc magis declarat dicens.

Dat sapio sapui sapitum: cupioq; cupitum

Dat peperi pario paritum partum de supino

¶ Sententia est clarã.

Dat si sumq; tio sed vtrolibet ss geminando

¶ Autor dicit ꝙ verba terminata in tio faciunt si in preterito ⁊ sum in supino geminando ss vtroq;: vt quatio quassi quassum.

Semper uo dat ui: debet struo cum fluo demi Uo ui.

Et pluo de hinc utum producit dando supinum

Xum fluxi struxi structum, pluo ui dat et utum.

¶ Dicit ꝙ verba tertie cõiugationis terminata in uo diuisas syllabas semper faciunt preteritum in ui diuisas syllabas: vt acuo acui. Struo pluo ⁊ fluo excipiunt Postea dicit ꝙ illa que faciunt preteritum in ui, faciunt supinum in utum penultima producta. vt acui acutum. Ideo dicit. De hinc utum. ⁊c. Xum fluxi. i. ꝙ fluo facit fluxi in preterito ⁊ fluxum in supino, struxi structum. pluo dat plui in preterito ⁊ plutum in supino (anglice rayne)

Dat ruitum ruo siue rutum nonnullaq; nullum

¶ Dicit ꝙ ruo rui facit ruitum vel rutum in supino. Nõnulla. i. aliqua verba nullum dant supinum: vt renuo renui. metuo metui.

Bo psi ptumq; facit si littera longa preibit Bo psi.

¶ In hac parte autor determinat de preteritis ⁊ supinis verborum tertie coniugationis desinentia in bo precedente littera longa. Dicit ergo sic. Bo. i. verbũ tertie cõiugationis in bo terminatum facit preteritum in psi ⁊ supinum in ptum, vt nubo nupsi nuptum. quod est in vxorem duci. Et scribo scripsi scriptum.

Cetera bi faciunt, preter que de cubo fiunt

¶ Autor dicit ꝙ verba tertie coniugationis terminata in bo scilicet que non habent vocalem longam ante bo, faciunt preteritũ in bi, vt bibo bibi: preter illa que deriuantur a cubo, as: que faciũt preteritum in ui, vt incumbo incumbis incubui incubitum.

Et nisi psi faciant per itum bo cuncta supinant

¶ Dicit ꝙ cetera verba tertie coniugationis in bo desinentia faciunt supinum in itum: vt bibo bibitũ: nisi faciãt preteritũ in psi que faciũt supinũ in ptũ vt scriptũ.

Co xi. Si co preueniat vocalis longa facit xi

¶ Autor dicit ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in co/habentia vocalē lō-gam ante co/faciunt preteritum in xi: vt dico dixi/duco duxi.

Co ci. Si co preueniat n vel s immediate

Co ui. N vel s abiicitur: hec si facit illa facit ui

Hinc vinco vici sunt testes crescoqꝫ creui

¶ Dicit ꝙ verba tertie coniugationis habentia n vel s ante co abiiciunt n et s in preterito/et illa que habent n faciunt ci: vt vinco vici. ⁊ illa que habent s faciūt ui vt cresco creui. Ideo dicit. Sunt testes crescoqꝫ creui.

Excipe conquexi didici compesco poposci

¶ Autor dicit ꝙ hec verba excipiuntur a regula predicta. s. conquinisco quod deberet facere conquinui. et facit conquexi. i. inclinare capite. ⁊ sic de aliis.

Hec sunt verba quibus inceptio significatur

Et que preteritis caruerunt atqꝫ supinis

¶ Autor dicit ꝙ etiam verba inchoatiua excipiuntur ab illa regula n vel s abiicitur: quia carent preterito ⁊ supinis: vt calesco calescis.

Glisco preteritum conquexi tolle supinum

¶ Quasi dicat ꝙ glisco gliscis caret preterito: et conquinisco caret supino.

Ici preteritum prebens ico migrat in ictum

¶ Dicit ꝙ ico habet in preterito ici et ictum in supino. i. percutio.

Preteritum parco dat parsi siue peparci

¶ Dicit ꝙ parco facit in preterito parsi siue peparci.

Xi vel ci dat ctum: ui tum facit. excipiasqꝫ

Excipienda docet que dat ueo norma secunde

¶ Autor dicit ꝙ verba tertie coniugationis facientia preteritum in ci/vel in xi/faciunt supinum in ctum: vt vinco/vici/victum. et dico/dixi/dictum. Deinde dicit ꝙ verba tertie coniugationis facientia preteritum in ui/mutāt ui in tum in supino. vt cresco creui cretum. Ponit exceptionem dicens. Excipias illa verba que faciūt preteritum in ui/que norma secunde coniugationis terminata in ueo docet excipienda. Unde si vis videre ea que excipiūtur habeas recursum ad illam regulam in secunda coniugatiōe positam que incipit. Dat ueo ui per tum. ut facit vbiqꝫ supinum.

Dant in itum disco compesco posco supina

¶ Quasi dicat ꝙ posco facit poscitum. compesco compescitum. ⁊ disco discitum. ⁊ hoc secundum artem. ⁊ non secundum vsum.

Dat parsi parsum: de se nullumqꝫ peperci

¶ Autor dicit ꝙ quando parco parcis facit parsi in preterito facit parsum in supino: quando facit peperci in preterito caret supino.

Do si. In si do vertit si per se longa precibit

Ante do vocalis: cu si stri ce peqꝫ remotis

Hec faciunt cudi stridi cessiqꝫ cecidi

Nullum sido gerit: quod turpe sonat fit in edi

Nulla supina gerens: cessi creat ss sibi duplex

¶ Dicit autor ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in do mutant do in si in preterito si habeant vocalem naturaliter longam ante do: vt ludo lusi/ledo lesi. Deinde ponit exceptionem dicens. Cu/si/stri/ce/peq; remotis verbis que intelliguntur per has syllabas. cu vt cudo cudis cudi. si vt sido sidis: caret preterito et supino Ideo dicitur. Nullum sido gerit. stri vt strideo stridi. ce vt cedo: quod aliquando facit cessi: et aliquando cecidi. Illud quod turpe sonat scilicet ꝙ habet turpem significationē fit in edi. vt pedo pedis pepedi et caret supino. Ideo dicit. Nulla supina gerens. Deinde dicit ꝙ cedo cedis cessi debet scribi per ss duplex.

A do composita formabunt di geminata

¶ Autor dicit ꝙ composita a do das. que sunt tertie coniugationis faciunt preteritum in di geminando vltimam syllabam: vt reddo reddis reddidi.

His iunges prendo diphthongus si tibi prebet

¶ Dicit autor ꝙ hoc verbum prendo iungitur cum predictis: quia geminat preteritum Deinde dicit ꝙ verbum terminatum in do/habens diphthongon ante do facit si in preterito.

Ante do si veniat i vel u simul n mediante
In di pretereunt: sed in his n demitur ante

¶ Dicit autor ꝙ verba tertie coniugationis desinentia in do habentia i vel u ante do n mediante faciunt preteritū in di/mutando do in di. sed n remouet vt fundo fundis fudi. findo findis fidi.

Tu geminas tundo tutudi dat sumq; supino

¶ Autor dicit ꝙ hoc verbum tundo quod geminat preteritum et facit tutudi: et dat sum in supino vt tusum. Tundo. i. percutio.

Dat tundo tutudi/donat tondere totondi
Tondeo dat tonsum: sed prebet tundere tusum

¶ Hic ponit differentiam inter tundo et tondeo. Littera est clara.

Ante do diphthongus productaq; littera vel que
Do dedit: aut i vel u super n prendoq; patescunt
Nil aliud mutans prebet per cetera di do

¶ Autor epilogat ea que dixit de verbis terminatis in do vt aliam inferat regulam. Et dicit ꝙ habentia diphthongon ante do vt claudo et litteram productam vt ludo. et illa que componuntur ex do das. vt reddo: et illa que habēt i vel u ante do n mediāte vt scindo et fundo. Et hoc verbum prendo prendis patescunt. id est manifesta sunt vt supra.

¶ Deinde infert aliam regulam dicens. ꝙ alia verba in do terminata prebent di in preterito nil aliud mutando nisi do in di vt scando scandi.

Diuido si demas: et que fiunt geminanda
Datq; cado cecidi: sic format rudo quoq; rudi

¶ Hic ponit exceptionem a regula predicta dicēs. Tu demas. i. excipias hoc verbum diuido quod habet diuisi: et alia verba que geminant preteritum vt cado cadis cecidi. tendo tetendi. pendo pependi.

Do sum prebet in his exceptis a dare natis
Ista supinantur per itum quotiens geminantur

De supinis in do.

Abscondo dat itum geminās di non geminans sum

¶ Dicit autor q in his versibus predictis do mutatur in sum formādo supinum. vt ludo lusum. claudo clausum. diuido diuisum. Deinde ponit exceptionē dicens q deriuata ab hoc verbo do das. excipiuntur: quoniam ista supinantur in itū quotiens geminantur: vt reddo reddis reddidi redditum. Deinde dicit q abscondo facit absconditum vel absconsum. absconditum quando facit abscondidi. absconsum quando facit abscondi.

N quibus eripitur penultima si breuiatur
Additur ss duplex si longa sit s tibi simplex

¶ Dicit autor q verba tertie coniugationis quibus n eripit in preterito si penultima preteriti breuietur geminat ss in supino: vt scindo scidi scissum. et si penultima sit longa faciunt supinum in sum per simplex s vt fundo fudi fusum.

Dat passum pando subducit n s geminando

¶ Dicit q pando/dis. remouet n in supino. et geminat ss & facit passum.

Pando pati pateo passum fecere supino

¶ Dicit q pando pati & patior/eris. & pateo pates: faciunt in supino passum/su.

Dat tendo tensum tum quedam compositorum

¶ Dicit q tendo tendis facit tensum in supino: et quedam compositorum faciunt tum: vt contendo contentum.

Edi donat edo sum donans stumqz supino
Nec sua composita cogunt duplicare supina

¶ Autor dicit q edo es est. facit edi in preterito & esum vel estum in suplo. Ex hoc sua composita non cogunt duplicare supina. Namqz pro quia ambedo dat ambesum. comedo comestum. Ideo subditur versus sequens.

Namqz dat ambesus esum; comedoqz comestum

¶ Iste versus patet ex precedentibus.

Go si. Si facit r go/nisi sint a rego nata/sed in xi
Cetera sunt: pun/pan/le/tan. sed demis & a fran
Hec cum compositis dant gi: tribus a lego demptis
Hec intelligo diligo negligo que faciunt xi

¶ In hac parte autor determinat de preteritis & supinis verborum desinentium in go dicens q verba desinentia in go habentia r ante go faciunt preteritum in si vt tergo tersi/mergo mersi. nisi sint nata. i. deriuata a rego. Sed cetera que nō habent r ante go: faciūt pteritū in xi. vt tego texi. Sed excipiuntur pungo/lego/pango/tango/ago/& frango: cum eorū compositis faciunt preteritum in gi. Exceptis tribus compositis a lego que faciunt in xi/vt in textu.

Preteritum triplicat & sensum pango pacisci
Dat pepegi panxi dat cantus iungere pegi

¶ Quasi diceret q pango pangis habet triplex preteritum et triplex significatū. Nam aliquando stat pro facere pactū: & tunc facit pepegi. Aliquando facit panxi & stat pro cantare. Et aliquando stat pro iungere & tūc facit pegi: vt ossibus & neruis compegisti me.

Tango facit tetigi: sed ago vel frango dat egi

¶ Autor dicit q tango tangis facit tetigi in preterito: sed ago & frango faciũt preteritum in egi: vt ago egi/frango fregi.

Preterito duplici duo signat stimulando
Pungo facit pupugi punxi punctos numerando

¶ Dicit q pungo pungis significat duo .i. habet duas significationes duplici preterito .i. secundum duplex preteritum: facit pupugi stimulãdo .id est quando stat pro stimulare. facit punxi quando stat pro punctos numerare.

Degi degoqꝫ dabit: que dat rego xi sociabis

¶ Dicit q hoc verbum dego degis. pro viuere facit degi in preterito. Deinde dicit q deriuata a rego regis: faciũt in xi: vt dirigo direxi.

Dans go si sum dat/per ctum gi xiqꝫ supinant

¶ Dicit q verba tertie cõiugationis pretereuntia in si supinãt in sum: vt tersi tersum. Et preterĕuntia in gi & xi supinant in ctum: vt legi lectum. tegi tectum.

I vel a si pre go venit n mediante supino
Semper n eripitur: cin/tin/an/excipiantur

¶ Dicit q verba tertie coniugationis in go desinentia habentia i vel a ante go: n mediãte: semper n eripitur in supino. iungo iungis iunctũ/frango frãgis fregi fractum. Excipiuntur verba intellecta per has syllabas videlicet cin/vt cingo: tin vt tingo. an/vt ango: quia retinent n in supino. & hoc declaratur in sequentibus.

N retinent ango cingo tingoqꝫ supino
Et plango iungo planxi ctum degoqꝫ nullum

¶ Dicit q ista verba retinent n in supino licet habeãt i vel a ante go n mediante: vt ango anctum. cingo cinctum. tingo tinctum. plango planctũ. pango panxi panctum. Dego degis: nullum habet supinum.

Dat fixi fixum sed dic de fingere fictum

¶ Dicit q figo figis fixi facit fixum in supino: et fingo fingis facit fictum.

Ho xi ctumqꝫ facit/dat ui lo/ni geminetur Ho xi.
L ibi tunc per li lo preterit/excipe vulsi vel velli Lo ui.

¶ Dicit q verba desinentia in ho faciunt preteritũ in xi & supinum in ctum vt traho traxi tractum. Deinde dicit q verba desinentia in lo non geminantia l preterĕunt in ui diuisas syllabas vt colo colis colui. Notanter dixit. Ni geminetur l/ quia ibi scilicet quo l geminatur: tunc lo mutatur in li formando preteritũ: vt vello vellis velli tamen excipitur inquantum facit vulsi.

L duplex repetit mutam si muta preibit

¶ Dicit q quando verbum in lo terminatum duplicat l muta precedĕte & existĕte in principio prime syllabe: tunc illa muta geminatur in preterito: vt fallo fefelli pello pepuli.

Tollo tuli/psallo psalli/dat salloqꝫ salli

¶ Autor dicit per modum exceptionis q ista verba tollo/psallo/& sallo licet geminãt l in psnti: et habent mutã in principio prime syllabe: tñ nõ geminant preteritũ.

L simplex dat tum sed sum geminata supino

¶ Dicit q desinentia in lo per simplex l faciunt supinũ in tum: vt colo cultum: sed hñtia duplex ll faciũt supinum in sum: vt fallo fefelli falsum. pello pepuli pulsum.

Tum vel itum dat alo caret omni malo supino

Psallere nolo carent alienum dat tibi tollo

¶ Ponit exceptionem dicēs. q alo alis dat altum vel alitum in supino. Malo caret omni supino. Psallere. i. psallo & nolo carēt supino. Tollo tollis dat tibi alienū videlicet sublatum sustuli a verbo suffero.

Mo dat ui dat itum: premo preter emoqꝫ: sed illa
Excipias quibus est per se penultima longa
Nam psi preterito tunc reddit ptumqꝫ supino

¶ Dicit q verba desinentia in mo faciunt preteritum in ui: vt tremo tremis tremui. Preter premo & emo de quibus statim dicetur. Sed excipias illa verba quibus est per se penultima longa que faciunt preteritum in psi & supinum in ptum: vt promo promis prompsi promptum.

S geminando si sum premo emo mi dat et emptum

¶ Dicit q premo facit pressi in preterito & pressum in supino geminando ss. Emo emis facit emi in preterito & emptum in supino.

No ui. No dat ui g vel o si presit & a cano nata

¶ Dicit q desinētia in no g vel o precedēte faciūt preteritū in ui: vt gigno gignis genui: & pono posui. Et nata. i. deriuata a cano: vt precino precinui.

Ante no psi facit m preter cano cetera ui dant

¶ Dicit autor q habentia m ante no faciunt preteritum in psi: vt contēno cōtempsi. Cetera vero que non possunt contineri sub regulis predictis faciūt preteritū in ui/ vt sterno straui/ preter cano quod facit cecini.

Dat lino liui vel liui deinde litum dat

¶ Dicit autor q lino habet duplex preteritum videlicet lini & liui: & non est in vsu in simplicitate: sed in compositione: ita videlicet oblino oblinis.

No per ui dat itum: sine natis a cano/ nam tum
M precedit in his: psi ptum dat/ uiqꝫ facit tum

¶ Autor dicit q verba tertie cōiugationis desinentia in no facientia preteritū in ui faciūt supinum in itum: vt gigno genui genitum. Sine natis & a cano. i. verbis deriuatis a cano cantū: nam n precedit in his deriuatiuis a cano: vt precino precinui precentum. Psi ptum dat. i. facientia preteritum in psi dant supinum in ptum vt contemno contempsi contemptum. Uiqꝫ facit tum. i. faciētia preteritū in ui faciunt supinū in tum: vt sterno straui stratum.

Po ui. Po dat ui dat itum breuis e si preuenit: m pi
Ptumqꝫ remota facit: psi cetera ptumqꝫ dedere

¶ Dicit q verba desinentia in po e breui precedenti faciunt preteritum in ui & supinum in itum: vt strepo strepui strepitum. Si vero m sit ante po/ m remouetur & po mutatur in pi: vt rumpo rupi: & supinum facit ruptum. Cetera que non habēt e breuem nec m ante po faciunt preteritum in psi/ & supinum in ptum: vt repo repsi reptum.

Quo. Dat linquo liqui coquo coxi ctum dat vtrumqꝫ

¶ Dicit q linquo linquis facit liqui in preterito/ & coquo coxi: vtrumqꝫ facit supinum in ctum: vt lictum coctum.

Ro ui. Ro ui tumqꝫ facit: ge cur excipienda ver uqꝫ
Dat si sumqꝫ gero velut vro curro cucurri

Cursum ri vel si verro versumqꝫ supino

¶ Dicit ꝙ verba desinentia in ro faciunt preteritū in ui ⁊ supinum in tum vt tero triui tritū. Excipiēdo verba intellecta per has syllabas videlicet ge. i. gero/ cur. i. curro/ ver. i. verro/ v. i. vro: que faciūt preteritū ⁊ supinū: vt patet in littera.

Quero quesiui quesitum redde supino

A sero composita serui sertumqꝫ dedere

Insero sic format: ⁊ consero uiqꝫ situm dat

Sic sero formauit prius ⁊ seuium duplicabit

¶ Composita a sero seris faciūt preteritū in ui et supinum in tum. Ideo dicit. Insero sic format: ⁊ consero conseui consitū. Ideo dicit. Et consero viqꝫ situm dat. Deinde reddit causam huius ponendo regulā de sero seris: ⁊ dicit. Sic sero formauit prius ⁊ seuium duplicabit. Quasi dicat ꝙ sero seris antequā esset cōpositū formauit preteritum sic vt dictum est. i. in rui: ⁊ in ui: vt sero serui ⁊ seui. et geminat preteritum supinum ⁊ significatum. Nam inquantū facit serui stat pro inserere: ⁊ inquantum facit seui stat pro seminare.

So siui situmqꝫ facit sed deme capesso — So siui.

Quod si siumqꝫ tenet sic viso sicqꝫ facesso

¶ Dicit ꝙ desinentia in so faciunt preteritum in siui ⁊ supinum in situm: vt lacesso lacessis lacessiui lacessitum. Sed deme. i. excipe capesso qđ facit capessi in preterito ⁊ capessum in supio. Viso visus: ⁊ facesso facessis/ sic. i. similiter faciūt et sunt verba desideratiua.

Pinso preteritum per ui formando dat istum

¶ Dicit ꝙ pinso pinsis facit pinsui in preterito ⁊ pistum in supino.

Ante to c veniens in xi mutat et in xum — To xi.

¶ Autor dicit ꝙ verba desinentia in to c precedēte/ mutant to in xi in preterito: et to in xum in supino: vt flecto flexi flexum.

Datqꝫ xui pecto pariter xi sic quoqꝫ necto

¶ Dicit ꝙ pecto facit pexui in preterito vel pexi: ⁊ similiter necto.

Ante to verba duo retinent r absqꝫ supino

Prebet ui sterto ti format sum quoqꝫ verto

¶ Dicit ꝙ duo verba habent r ante to: vt sterto stertis/ verto vertis/ sterto facit stertui in preterito: ⁊ caret supino/ verto facit verti in preterito: ⁊ versum in supio.

E duo corripiūt quorum peto ui facit ⁊ tum

S geminando sui format meto deinde facit sum

¶ Dicit autor ꝙ duo verba hn̄t e breuē añ to. scꝫ peto et meto: peto facit petiui in p̄terito ⁊ petitū in supio/ meto facit messui in p̄terito ⁊ messū i supio geminādo ss.

Dat si sum mitto tamen s geminando supino

¶ Dicit ꝙ mitto mittis facit misi in preterito/ ⁊ missum in supino geminando ss.

Dat sisto statui si transeat atqꝫ statutum

Et si sit neutrale sisti nullum de supinum

¶ Dicit ꝙ hoc verbum sisto sistis: si transeat. id est si sit transitiuum facit statui in preterito et in supino statutum. ⁊ si sit neutrale. id est neutrum absolutū facit sisti

in preterito et caret supino.

Uo ui. Luo preueniens de uo ui format et utum

Dicit quod habentia l ante uo: faciunt preteritum in ui mutando uo in ui et supinum in utum/ vt voluo volui volutum.

Longaque precedens vocalis xi facit et ctum

Dicit quod verbum habens vocalem longam ante uo facit preteritum in xi. vt viuo vixi. et supinum in ctum vt victum.

Xo ui. Xo dat ui xum nexo/ facit texo quoque textum

Dicit quod desinentia in xo faciunt preteritum in ui/ vt nexo nexui. texo texui. nexo facit nexum in supino. et texo facit textum.

De quarta coniugatione.

Post predicta vide que sit formatio quarte

In hac parte autor determinat de preteritis et supinis verborum quarte coniugationis. Et primo continuat cum precedentibus dicens. Post predicta vide que sit formatio quarte.

Ui vel ui vel ii xi si ui xi quoque psi dat

Autor ponit generaliter omnes terminationes preteritorum verborum quarte coniugationis dicens. Quarta coniugatio dat in preteritis has terminationes videlicet iui. vt audio audiui. vel in ui/ vt salui. vel ii/ vt salio salii. vel ri/ vt reperio reperi. si. vt sentio sensi. xi/ vt vincio vinxi. psi/ vt sepio sepsi. ui/ vt venio veni et suum compositum: vt inuenio inueni.

Cio xi. Dat cio xi quotiens n preuenit/ hac sine dat si

Dicit quod verba quarte coniugationis desinentia in cio n precedente faciunt preteritum in xi. vt vincio vinxi. Hec sine dat si. i. desinentia in cio sine hanc litteram n dat si in preterito/ vt farcio farsi.

Non sine compositis debent dissyllaba demi

Hec faciunt iui sic format sanxio sanxi

Ponit exceptionem a regula predicta dicens quod verba dissyllaba. i. duarum syllabarum desinentia in cio debent demi. i. excipi non sine compositis: quia etiam composita excipiuntur. Hec enim faciunt in iui/ vt scio sciui nescio nesciui. Deinde dicit quod santio sic format preteritum/ quia facit sanciui vel sanxi.

De verbis verbis quarte que dat cio dicta notate

Epilogando dicit magister. Decet notare de verbis quarte coniugationis terminantibus in cio/ et illa que dicta sunt quia dicit quod sufficienter dictum est. Ideo dicit quod sunt notanda ea que dixit.

Cetera preteriti vocem fecere per iui

Autor dicit quod verba quarte coniugationis que non possunt contineri in regulis predictis faciunt preteritum in iui/ vt audio audiui. servio seruiui.

Sed legem cassant hanc cassus et inde creata

Haurio sentio sepio si dant/ ui cambio vel psi

Dat veni venio sic que componis ab illo

Dat salio salui salii quoque siue saliui

Autor ponit exceptionem a regula predicta dicens. Cassus id est verba intellecta per has sex litteras contentas in hac dictione cassus/ cassant. id est destruunt hanc legem. id est regulam predictam. Per c/ intelligitur cambio/ cambio. quod fa-

cit campsi vel cambui. per a/haurio haurio hausi. per s/sepio sepsi. per s/sentio sensi. per u/venio veni. ⁊ eius composita: vt reuenio. per s/salio salui salij vel salui: sed tunc non excipitur. Hoc etiam intelligitur de compositis eorū: vt exhaurio exhausi. Et ideo dicit. Et inde creata.

Queque parit pario simul excipiuntur ⁊ aio

¶ Dicit etiam ꝙ illa verba que pario parit per compositionem debēt excipi a regula supradicta: quia non faciunt in ui: immo faciunt sicut statim dicetur. Et hoc verbum aio ais excipitur de quo dabitur doctrina in capitulo de anomalis et defectiuis. Nota ꝙ pario paris in simplicitate est tertie coniugationis. In compositione vero quarte: vt reperio.

A pario dant nata rui: nisi quod reperire
Comperioque peri faciendo preterite

¶ Dicit autor ꝙ deriuata a pario paris faciunt preteritū in ui: vt aperio aperui: nisi comperio quod facit comperui vel comperi. reperio reperi.

In xi preterita per ctum fecere supina

¶ Dicit ꝙ facientia preteritum in xi/faciunt supinū in ctum/vt vincio vinxi victū

L preeunte vel r situm facit/ his sine dat sum

¶ Autor dicit ꝙ facientia preteritum in si l vel r precedēte faciunt supinū in tum/ vel in sum: vt farcio farsi farsum ⁊ fulcio fulsi fultum. Facientia vero preteritū in si/sine his litteris scilicet l vel r faciunt supinum in sum. vt sentio sensum.

Excipias haustum dans haurio sepio septum

¶ Hic autor ponit exceptionem a regula predicta dicens. ꝙ haurio ⁊ sepelio licet faciant preteritū in si/tā excipiūtur: quia haurio facit haustum. ⁊ sepio septum.

Ut venio sic dant ab eo venientia ventum
Et quicquid pario parit r preeunte facit tum

¶ Dicit ꝙ venio et eius composita supinantur in tum. Et composita de pario faciunt tum r precedente.

Iui preteritū semper transfertur in itum De supinis in iui.

¶ Dicit ꝙ facientia preteritū in iui/faciunt supinum in itum: vt audiui auditum.

Dat salio saltum dum ui facit excipiendum

¶ Dicit ꝙ quando salio facit salij vel salui in preterito facit saltū in supino. Et qū facit salui facit salitum. ⁊ tunc non excipitur.

I quibus eripitur duo deme supina sepultum
Quod sepelire facit amicire figurat amictum

¶ Quia superius dixit ꝙ facientia preteritum in iui faciunt supinū in itum. Ideo dicit ponēdo exceptionē de istis verbis sepelio ⁊ amicio: que cum deberent facere sepelitum ⁊ amicitum abijciunt i/⁊ faciunt sepultum ⁊ amictum.

A queo composita vel eo breuiare supina
Constat ⁊ ambitum non corripit ambio solum

¶ Quia superius dixit ꝙ faciētia preteritū in iui faciūt supinū in itum penultimā producēdo. Modo ponit exceptionē de cōpositis ab eo is: ⁊ queo quis dicēs ꝙ corripiunt penultimā supini: vt nequeo nequiui nequitum/⁊ transeo transiui transitum. Sed hoc verbū ambio/bis. nō corripit immo pducit penul. supini: vt ambio ambis/ambiui/ambitū. Et si obijciat de hoc verbo supbio bis. qđ pducit penul. supini. Dicat ꝙ nō est cōpositū de super ⁊ eo: sed est deriuatū de superbus/a um.

Capitulum quintum

¶ De preteritis ⁊ supinis verborum deponentalium.

Si reperire cupis ex deponente supina
Actiuam finge vocem formaqꝫ per illam
Sicut letatum veritum: sed plurima verba
Illa creant aliter probat hoc ratus atqꝫ misertus

¶ Superius nos autor docuit formare preterita ⁊ supina verborum tam actiuorum ꝙ neutrorū. Nūc aūt intendit determinare de supinis verborum deponētaliū siue de supinis verborum habentiū passiuam vocē: ⁊ dicit. Si tu cupis reperire supina ex deponentali verbo debes fingere vocem actiuā ⁊ supponere q̄ habeat verbum in o terminatum ⁊ formare p̄teritū ⁊ supinū scḋm aliā vocem actiuam ⁊ reperto supino illius verbi actiui vocis immediate habebis supinū verbi deponētis qḋ simile est. Ex quo quidem supio ⁊ verbo sum es est. poteris supplere preteritū illius verbi deponentis. De hoc autor ponit exemplū dicens. Sicut letatū veritum. presupponamus q̄ inueniatur leto/as. hoc verbū leto/as. faceret letaui per illam regulam. As in preterito ui ⁊c̄. ⁊ faceret letatū in supino per illam regulam. Regula que formam ⁊c̄. Ex quo scire possumus q̄ letatū est supinū huius verbi letor letaris: ex quo supino ⁊ verbo sum es est. suppletur preteritū verbi: videlicet capiendo participiū preteriti temporis ab ipso supino deriuatum vt dicēdo Letatus sum vl' fui. Similiter possumus dicere de verui per illam regulā. De deo deqꝫ geo leo vel queo vl' ueo dicta. Sufficiunt in ui diuisas ⁊c̄. Et eius supinū veritum per illam regulam. Que dant preterita per ui caruere supino. Ni faciunt in itum. Eodem modo per cetera discurrendum est. Sed plurima verba excipiūtur que aliter faciunt supina ꝙ dictum est. Probat hoc ratus atqꝫ misertus. Fingamus q̄ reo reas reperiatur: eius preteritum faceret reui per illam regulam. De deo deqꝫ geo ⁊c̄. Supinū reitum vel careret. Et sic deberemus dicere q̄ in preterito de reor faceret reuitus sum vel fui: aut careremus tali preterito: sed quia facit ratus ideo excipitur. Preterea fingamus q̄ inueniatur misereo/miseres. eius preteritum faciet miserui per illam regulam. De deo deqꝫ geo ⁊c̄. Et supinum faciet miseritum. Et per consequens misereor faceret miseritus sum vel fui. Et quia facit misertus sum vel fui: ideo excipitur.

Dat fateor fassum nullum liquor medeorqꝫ
Et vescor reminiscor illis adiungere debes

¶ Dicit q̄ fateor facit fassum deberet enim facere fatitum fingēdo vocem actiuā Deinde dicit q̄ liquor/ris. ⁊ medeor mederis. vescor vesceris. et reminiscor nullū habent supinum.

Hec circumloquimur non seruant preteritorum

¶ Quasi dicat q̄ predicta verba carent supinis: ex hoc q̄ non seruant circūloquiū preteritorum. i. carent suppletione preteritorum: quoniam carēt supinis quibus deficientibus necessario deficit suppletio preteritorum.

Disce supina dare per deponentia terne

¶ Magister dicit. O lector disce dare supina ex verbis deponentibus tertie coniugationis non seruantibus regulam predictam: videlicet. Si reperire cupis ex deponente supina. hec patent in sequentibus.

Gressus commentus fructus fretusqꝫ profectus
Et fruitus lapsus nactus quoqꝫ pactus adeptus

Ultus ⁊ iratus oblitus functus ⁊ vsus
Questus complexus nisus vel dicito nixus

¶ Autor dicit q̄ ista que in littera ponuntur non formãt scd̃m vocem factã videlicet gressus de gradior. Nam deberet facere grassus ficta voce actiua scilꝫ gradio per regulam. Dat si sumqꝫ dio. Eodē modo discurrēdū est per cetera. Et si aliqua repereas que formantur scd̃m vocem fictã dicas q̄ de ipsis est doctrina ⁊ nō exceptio vt iratus quod venit ab irascor: fingamus vocem actiuam scꝫ irasco facit irani per illam regulam. N vel s abijcitur: ⁊ faciet iratum per illã regulam. Ui tum facit. Ideo patet q̄ nō excipitur: sed est doctrina. Cōmentus venit a comminiscor fructus fruitus ⁊ fretus a fruor. profectus a proficiscor. vltus ab vlciscor. oblitus ab obliuiscor. functus a fungor. vsus ab vtor. questus de queror. complexus de cōplexor. nixus ⁊ nisus de nitor.

Ortus et oriturus / dic mortuus ⁊ moriturus

¶ Autor dicit q̄ orior ⁊ morior cum sint tertie vł quarte coniugationis habēt preterita iuxta tertiã coniugationē: vt ortus sum ⁊ mortuus sum / participia vero futuri temporis iuxta quartã cōiugationē: vt oriturus ⁊ moriturus penultima correpta quam deberent producere per illam regulam. Iui preteritum.

Hinc experrectus faciunt liquor ⁊ sequor utum

¶ Autor dicit q̄ expergiscor facit experrectus sum. Loquor locutus sum Sequor secutus sum.

Dat tutum tueor tuitum tuor ambo tueri

¶ Autor dicit q̄ tueor facit in supino tutum / tuor facit tuitum. Sed ambo faciũt tueri in infinitiuo modo.

Dat nascor natum / dat mensum metior / orsum
Ordior / ⁊ passum patior / potiorqꝫ potitum

¶ Sententia est clara in textu.

Credo q̄ exosus verbo caret atqꝫ perosus

¶ Autor dicit ⁊ est opinionis q̄ exosus .i. odio habens et perosus idem carēt verbo .i. a nullo verbo deriuãtur vsitato licet sint nomĩa ⁊ nō participia: tñ super hec possunt fieri questiones de quibus ad presens non fit mentio.

¶ Capitulum sextum de defectiuis et anormalis.

D Onatum sequere per verba fruentia lege

¶ In isto capitulo autor intendit determinare de verbis defectiuis ⁊ anormalis. Et primo dicit q̄ tu debes sequi donatum per verba fruentia lege. id est regula. Quasi dicat q̄ tu debes variare verba regularia sicut donatus insinuat. Nam de verbis irregularibus dabo tibi doctrinam: vt patebit in sequentibus.

Dic duc fac ⁊ fer / ⁊ que componis ab illis

¶ Dico q̄ ista ṽba dico / cis. duco / cis. facio / cis. et fero fers: sunt irregularia in prima voce imperatiui: quia deberem⁹ dicere dice / duce / face / fere: ⁊ dicim⁹ dic / duc / fac ⁊ fer Et forte hoc est differentiam genitiui ⁊ datiui huius nominis dica dice / fera fere / ⁊ ablatiui huius dux ⁊ fax. Similiter est dicendum de compositis eorũ: vt benefacio / cis. Imperatiuo modo benefac.

Cum facit a vertit in i verbi regula seruit

¶ Autor dicit q̄ facio facis quando mutat a in i in compositione: tunc regula ver-

diserunt sibi id est quando irregulariter declinatur. vt inficio inficio. Imperatiuo modo infice.

In ui preteritum de se data tempora quedam
Sincopant hinc deme dissyllaba quodqz fit inde

¶ Dicit q preterita in ui terminata sincopant quedam tempora data de se. i. aliquas voces ab ipsis deriuatas. Uerbi gratia preteritum huius verbi amo amas facit amaui ab ipso deriuatur amauisti quod aliquando sincopatur: et dicimus amasti pro amauisti. et sic de similibus. Sed notanter dicit. Tpa quedam / quia no oia sincopantur sed aliqua. Neqz debemus sincopare nisi reperiantur ab autoribus sincopata. v. Sincopa si fuerit veteru vestigia seruet. Deinde ponit exceptione dicens hinc deme dissyllaba. i. preterita duaru syllabaru / et illa que ab eis deriuantur: qr talia non patiuntur sincopam / vt neo neas neui neuisti / deneo denesi deneuisti.

Inuenies nosti flesti flasti quoqz scisti

¶ Nunc ponit autor exceptionem a regula predicta dicens q preterita in littera posita licet sint dissyllaba. id est duarum syllabarum: in prima persona tamen inueniuntur sincopata. Exemplum / vt pro nouisti nosti / pro fleuisti flesti / pro flauisti flasti / et pro sciuisti scisti.

Cum verbum quod habet quarto casu sociare
Participans tempus dare preteritum videamus
Et careant illo que non licet addere quarto
Preteritum verbi damus istis participantis
Nunq preteritu nunq vel raro supinum
Ambigo compesco disco posco tremo glisco
Lambo vel lingo metuo timet vrgeo caluo
Linquo vel fugo paueo fugit horreo scando
Mando cum scabo scalpo coniungito cerno
Accusatiuis tamen hec poscunt sociari

¶ Autor dicit q verba que habent construi cu acto per natura ppria possunt habere participiu preteriti tpis scz in passiuis eoru: et per ons eadem possunt habere supinu / vt amo amatu / amor amatus sum. Illa vero que non possunt vel no habent construi cum acto carent preterito tepore participij / vt seruio seruiui: non eni reperitur seruitus sum. Tamen aliqua sunt que licet possunt construi cu acto casu no habent preteritu participij nec habent supinu / et si habent raro hoc contingit Et ista sunt que in littera numerantur. scz ambigo / copesco et c. De quibus verbis cum aliqua sint ambigua et obscura ipsa declarabo. Ambigo pro dubitare. Compesco. i. constringere. Caluo. i. decipere. Sugo (to sonke) Scando (to clymbe) Mando. i. comedo. Scabo (to clawe) Scalpo idem est.

Dices de neutris q raro participantis
Seruant preterita: sed multis adde supina
Dicqz fere cuncta per rus formare futura
Inde tamen tollis ea que caruere supinis

¶ Dicit q neutra raro habet preteritum participij. id est preteritum perfectum

et suppletione participiū ⁊ huius verbi sum es. sed multa habent supina vt seruio seruitum. obedio obeditū. Et fere omnia habent participiū in rus. vt seruiturus. obediturus. Tamen excipiuntur ea que carent supinis: que etiam carent participijs in rus. Ideo dicit. Inde tamen tollis ⁊c̄. Que autem sunt illa neutra que habent preteritū ⁊ non supina declaratur vt infra.

Preteritum neutra dant hec / desuntq̧ supina
In rus per ratio facit illa carere supino
Estuo sterto mico rudo strido strideo psallo
Conquexi parco
Ut docui iunge preter sex neutra secunde
Sex retinent neutra pla no ca va pa doq̧ supina

¶ Dicit ꝙ ista verba estuo / as. sterto / tis. et omnia supradicta habēt preterita. vt estuo estuaui / sterto stertui: sed non habent supina. ideo carent participijs in rus: quia participia in rus formantur a supino: quo deficiente non possunt formari. Et hoc est ꝙ dicit. In rus per ratio. Deinde dicit ꝙ verba neutra secunde coniugationis: vt docui supra in secunda coniugatione iunguntur predictis: quia ipsa carent supinis. Ideo dicit. Preter sex ⁊c̄. Et hec sex intelliguntur per sex syllabas positas in vltimo versu. scʒ pla. i. placeo / ces / cui / placitū. no. i. noceo / ces / cui / nocitū. ca. i. careo / cares / carui / caritum vel cassum. va. i. valeo / vales / valui / valitum. pa. i. pateo pates / patui / passum. do. i. doleo / doles / dolui / dolitū.

Audeo cum soleo fio quoq̧ gaudeo fido
Quinq̧ puer numero neutropassiua tibi do
Prandeo cum mereo predictis annumerabis

verba neutro passiua.

¶ Dicit autor ꝙ verba supradicta sunt neutropassiua: ⁊ sunt defectiua seu irregularia: q2 in preteritis perfectis ⁊ in his que formantur ab eis retinent vocem passiuorum. in ceteris vero neutrorum. Iuxta donatum dicentem. Sūt preterea neutro passiua: vt gaudeo gauisus sum.

Exulo vapulo veneo fio quattuor ista
Sensum passiui sub voce gerunt aliena

¶ Dicit autor ꝙ quattuor sunt verba que sub voce actiua passiuam retinēt significationē ⁊ constructionē. scilicet exulo exulas habet vulgare passiuum. id est ebānior. vapulo. i. verberor. veneo. i. vendor. fio. i. formor. Et dicuntur defectiua quia deficiunt a recta significatione. Nam gerunt vocem passiui sub aliena voce. i. sub voce neutrali. istis quattuor addūtur duo scilicet liceo ⁊ nubo. Unde liceo. i. taxor nubo. i. ducor in vxorem.

Largior experior veneror moror osculor hortor
Criminor amplector tibi sunt communia lector
Si bene cōnumeres interpretor hospitor addes

¶ Dicit ꝙ verba supradicta sunt communia ⁊ sunt irregularia et eo ꝙ habēt duas significationes sub vna terminatione.

Bis duo sunt odi noui cepi meminiq̧
Que retinent sensum presentis preteritiq̧
Que formantur ab his pariter sensum duplicabunt

Capitulum sextum

Datqꝫ mementote memini: dedit ante memento

¶ Autoꝛ dicit ꝙ ista quattuoꝛ verba in textu nominata sunt defectiua seu irregularia/quia deficiūt in aliquibus tempoꝛibus/et sub vna terminatione retinēt sensum presentis ⁊ preteriti tempoꝛis. Carent etiam imperatiuo preter memini qḋ habet memento in singulari: ⁊ mementote in plurali. Ideo dicit. Datqꝫ mementote memini dedit ante memento. ¶ Et est sciendum ꝙ illa tempoꝛa que formā-tur ab illis/videlicet odi/cepi/noui/et memini pariter sensum duplicabunt. id est habebunt sensum presentis tempoꝛis et preteriti/⁊ sic variantur. Noui noueram nouissem nouerim nouero nouisse: et sic de similibus. Ideo dicit. Et que formātur ab his.

Ex do passiua: nisi doꝛ solum lego dicta

¶ Dicit ꝙ hoc verbum do das habet passiuū in omni persona preterꝙ̄ in prima. ¶ Construe. Ego lego passiua dicta ex do das: nisi solum doꝛ/quia non inuenitur de vsu.

Aio/sisto/fero/tollo/ferio/furio/cerno

Ex his preterita negat vsus habere creata

¶ Dicit ꝙ ista verba aio/sisto ⁊c̄. de se non habent preterita nec supina nisi q̄ mutuātur ab alijs verbis. Nam aio facit dixi dictum/et mutuatur a dico dicis. Sisto facit steti et mutuatur a sto stas. ⁊ tunc caret supino. Aliquando facit statui: ⁊ tūc mutuatur a statuo statuis. Fero facit tuli: ⁊ latū et mutuatur a tollo/is. Tollo facit sustuli sublatū. Ferio facit percussi percussum/a percutio percutis. Furio facit insaniui insanitū: ab insanio/nis. Cerno facit creui/⁊ mutuatur a cresco crescis.

Passiui ternis impersonale locabis

¶ Autoꝛ dicit ꝙ verba impersonalia sunt defectiua/quia variātur per vnam vocem tm̄ s. per tertiam personam passiui numeri singularis/vt verbo personali tē-poꝛe presenti amatur. Sequentiū textuū sentētie difficiles sunt valde pro pueris Ideo non frangant sua capita qm̄ in coniugationibus a donato positis clarissime patent: vsqꝫ ibi. Tempoꝛa terne foꝛem.

Personas dabit imperium primas in vtroqꝫ

Tempoꝛe/presenti ternas quas dat modus optans

Extremo/ternis est altera foꝛma futuri

Quas dedit indicij: sibi presens/has dabis illis

O vel oꝛ adiicias: volo compositiuaqꝫ demas

¶ Dicit ꝙ imperium. id est modꝰ imperatiuus dat primas personas plurales in vtroqꝫ tempoꝛe scilicet in presenti ⁊ in futuro/quas dat modus optā s. id est optatiuus dat extremo. id est futuro. q. d. ꝙ prima persona pluralis numeri presentis ⁊ futuri tempoꝛis imperatiui est similis tertie persone futuri optatiui modi. Et vltra dicit ꝙ imperatiuus in tempoꝛe presenti habet tertias personas similes tertijs personis futuri tempoꝛis optatiui modi. Verbi gratia. Nam dicimus Imperatiuo modo ama amet. Et pluraliter amemus amate ament. Futuro amato tu vel ille. Et pluraliter amemus amatote amāto. In futuro optatiui dicimus. Futuro vtinam amem ames amet. Et pluraliter vtinam amemus. Ex quo patet vt dictum est. Deinde dicit ꝙ altera foꝛma est ternis. id est tertijs personis futuri imperatiui. et docet ipsas foꝛmare dicens. Tu dabis illis ternis personis futuri tempoꝛis imperatiui modi tā singularibus ꝙ̄ pluralibus illas tertias personas quas presens tempus indicij. id est indicatiui modi dedit sibi/⁊ adiicias o vel oꝛ. de o in actiua voce: vt amo amas amat: addita o fit amato in singulari: amant addita o fit amanto in plurali. Oꝛ vero additur in passiua voce: vt amat addita oꝛ fit ama

tor in singulari. amant addita or fit amantor in plurali. Si vero verbum non habeat actiuum debemus fingere q habeat. vt si volum? formare tertias personas futuri imperatiui huius verbi scilicet aggredior aggrederis. fingamus vocē actiuam scilicet aggredio/dis/dit. addita or fit aggredior: et sic habemus tertiā personam singularem futuri temporis imperatiui. vt aggredimus/ditis/dunt. addita or fit aggreduntor. Et sic habemus tertiaz personam pluralis imperatiui. Et sciendum est q secunda et tertia persona futuri imperatiui singularis numeri sunt similes tam in actiua voce q in passiua. Deinde ponit exceptionem dicens. Uolo compositiuaq demas. q. d. q volo et eius composita excipiuntur: quia non habēt imperatiuum modum preter nolo nonuis nōlit. de quo dicetur inferius ibi. Solo patrem sequitur.

Ante te tote imini minor a dat prima sequensq
E longam: iq breuem dat tertia: quartaq longam

Dicit q verba prime coniugationis habent a productam ante te in secunda persona presentis imperatiui modi pluralis numeri et habēt a productā ante tote in secunda persona pluralis numeri futuri tēporis/ et hoc est in actiua voce/ vt amate amatote. In passiua vero voce habent a ante mini et minor: vt amamini amaminor. Uerba secunde habent e lōgam/ vt docete docetote. Uerba tertie habent i correptam: vt legite legitote legimini legiminor. Uerba quarte habent i productam/ vt audite auditote audimini audiminor.

Presentis nota sic fit persona secunda
A prior: eq sequens: dat e terna: sed i dabo quarte

Hic autor nos docet qualiter dicere debemus in secunda persona presentis temporis indicatiui modi singularis numeri dicens q prior. i. prima coniugatio dat a productam in secunda persona presentis temporis imperatiui modi: vt ama. sequens. i. secunda dat e productam vt doce. Tertia dat e correptam: vt lege. Sed ego dabo i productam quarte coniugationi: vt audi.

Adde re passiuo modus vltimus huic similatur

Modo ponit regulam de secūda persona imperatiui modi passiue vocis. Et dicit q si volumus inuenire secundā personā singularem verbi passiui debemus addere re secunde persone actiui: vt ama/ addita re fit amare. Deinde dicit q infinitiuus modus assimilatur huic scilicet imperatiuo passiui. vt amari.

Tres ri pro req dabunt/ re lego iacit i facit ex e

Nunc ponit regulam de infinitiuo passiui dicens q tres coniugatiōes. s. prima secunda et quarta dabunt ri pro re. i. mutabunt re in ri formando infinitiuum passiui vt amare/ re in ri fit amari. docere re in ri fit doceri. audire re in ri fit audiri. Deinde Re lego iacit et cē. q. d. q verba tertie coniugationis abijciunt illam syllabā re in infinitiuo actiui et postea mutāt e in i formādo infinitiuum passiui vt legere abiecta re et e in i fit legi. Expone sic litteram. Lego. i. verbum tertie coniugationis iacit. i. abijcit re/ q pro et dat i ex e. i. e mutatur in i.

Prouideas primis e vel a ternisq futuri

Quia superius dixerat q prime persone imperatiui modi pluralis numeri presentis tēporis et futuri: et ā tertie persone tam singularis q pluralis numeri presentis temporis optatiui modi erūt similes persone plurali ac tertijs personis futuri optatiui. Ideo dat vnum notabile usic qualiter pnunciare debeamus futurū optatiui modi. Tu prouideas e/sez in primis personis: q pro et a tertijs in futuro optatiui modi. Quasi dicat q e et a sunt in futuro optatiui/ sed e in prima cōiugatione et a in reliquis. Ideo aliqui dicūt. Prouideas e/ sez in prima cōiugatione sez futuri optatiui/ vel a ternis. i. in tribus alijs coniugationibus.

Sum passiua notant/ sed abest modus imperialis

Capitulum sextum

Sis dabit huic sed ades ex assum sume vel assis
Sitis vel este vide formabis cetera recte

¶ In ista parte autor docet variare sum/es. dicens . ꝙ verba passiua notant hoc verbum sum es est. hoc est ostēdit qualiter debet variari. Nam inuenitur sum es. variatum in verbis passiuis in omnibus temporibus et modis preter ꝙꝫ in imperatiuo. Ideo dicit. Sed abest modus imperialis. Deinde declarat quomodo facere debet in imperatiuo dicens. Tu dabis huic .i. imperatiuo hanc vocē sis: sed ab hoc verbo composito tu sume ades vel assis in imperatiuo. deide dicit. Vide istas voces scꝫ sitis et este que sunt irregulares. Deberemus enim dicere. Imperatiuo modo sis sit. Et pluraliter simus site sint. Tu formabis cetera recte. id est secundū regulas datas de formis personarum.

Tempora terna forem dat fore cetera sperne
Rem dat res ret rent remus caret atqꝫ foretis

¶ Dicit ꝙ hoc verbum fore habet tria tempora videlicet presens preteritum imperfectum optatiui modi/preteritum imperfectum subiunctiui/presens preteritum imperfectum infinitiui. Ceteris vero caret. Ideo dicit. Cetera sperne. Deinde dicit ꝙ non habet nisi has voces scilicet fores/ret/rent. et fore in infinitiuo. Nō inueniuntur plura: ⁊ hoc est quod dicit. Rem dat res ⁊c.

Normam preterita seruant per anormala verba

¶ Autor dat vnam regulam generalem videlicet ꝙ omnia preterita seu sint regulariter seu irregulariter formata seruant normam. id est regulam ⁊ formationem in alijs vocibus a se formatis non solum hoc intellige per verba irregularia sed etiam anormala. Nam sicut amauerā formatur ab amaui/i in e ⁊ addita ram fit amaueram. Ita formatur fueram a fui.

Dat presens primi fers fert fertisqꝫ secunde
Presens fer ferte/ferto fertote futurum
Dat terni presens ferrem socium sibi iungas
Dat quinti ferre presens eademqꝫ notate
Tempora passiuo ferris ferturqꝫ notentur
Ferre de hinc fertor ferret ferriqꝫ sequuntur
Ad morem terne fero cetera debet habere

¶ Hic ponit autor irregularitatem huius verbi fero/fers/fert: et eius passiua dicēs ⁊ docēs ipm̄ declinari qḋ est irregulare in istis vocibus: videlicet in secunda ⁊ tertia persona in singulari in in scḋa plurali p̄ntis tp̄is indicatiui: qꝛ facit fers fert cū deberet facere feris ferit feritis . Et hoc est ꝙ dicit p̄sens primi .i. indicatiui dat fers fert fertisqꝫ. Deinde dicit ꝙ est irregulare in imperatiuo .s. in scḋa persona singulari p̄ntis tp̄is ⁊ in scḋa plurali. qꝛ facit ferte cū deberet facere ferite. Dicit etiā ꝙ est irregulare in futuro imperatiui eo ꝙ facit ferto fertote cū deberet facere ferito feritote. hoc est ꝙ dicit scḋi .i. imperatiui dat fer ferte cū deberet facere fere ⁊ ferite. Futurū dat fertote. Deinde dicit ꝙ est irregulare in optatiuo ⁊ subiūctiuo dicens. P̄ns terni .i. optatiui modi dat ferrē. Iūges sibi sociū .i. subiūctiuū qui dicitur socius optatiui: et eo ꝙ habet p̄teritū imp̄fectū simile p̄nti ⁊ p̄terito imp̄fecto optatiui/⁊ preteritū plusqꝫp̄fectū simile p̄terito perfecto ⁊ plusqꝫp̄fecto. Est enim irregulare in illa voce ferrē qꝛ deberet facere ferrerē. Deiñ dicit ꝙ hꝫ irregularitatē in infinitiuo dicēs. P̄ns quinti .i. infinitiui dat ferre cū deberet facere ferere Preterea ponit irregularitatē in passiuo dicēs. Eademqꝫ notato tp̄a passiuo. q. d.

q̄ passiuum de fero scȝ feror est irregulare in illis tēporibus in quibus fero est irregulare. Et hoc declarat subsequēter dicens. Ferris fertur q̄ notētur. Littera est plana. Finaliter ponit irregularitatem eiusdem verbi dicens. q̄ in alijs temporibus et personis fero debet variari tanq̄ si esset tertie coniugationis. Et hoc intēdit cū dicit. Ad morem terne fero cetera debet habere.

Dat volo vis vult: volumus vultisq̄ voluntq̄
Jussio deficiens capit ex optante supremum
Dat primo vellem dat fine velim modus optans
Hec socijs repete supremus dat tibi velle
Hinc finem demas per ternam cetera formas

¶ Hic autor docet nos variare hoc verbum volo. Et dicit q̄ est irregulare seu defectiuum in temporibus. & in illis personis que in littera ponūtur. In ceteris vero declinatur ad modum tertie coniugationis. Et hec est sententia. Nūc veniamus ad constructionem que talis est. Hoc verbum volo dat istas voces irregulares in tpe presenti indicatiui modi/ vis vult volumus vultis volunt. Est aūt irregulare: sed ponitur causa doctrine. Jussio. i. imperatiuus modus deficiens capit supremum ex optante. i. optatiuo in futuro loco imperatiui videlicet velis. q. d. volo caret supino et loco imperatiui vtimur futuro optatiui. Modus optans. i. optatiuus dat primo. i. in primo tempore vellem/ et dat in fine. i. in futuro tempore velim. Tu repete hec tempora predicta socijs. i. temporibus subiūctiui modi similibus temporibus optatiui que sunt tria. s. pñs subiunctiui qđ assimilatur futuro optatiui. De alijs duobus dictum est ante. Supremus modus. i. infinitiuus dat tibi velle. Demas. i. auferas finem. i. futurū tempus hinc. i. infinitiuo. Tu formas cetera tēpora de quibus non est facta mentio per tertiam. i. scđm tertiam coniugationem.

Dic malo primum raro formare futurum
Jura tenere patris per cetera tempora dices

¶ Dicit q̄ malo mauis mauult raro habet primum futurum. i. futurum indicatiui. Sed in ceteris temporibus & modis tenet iura. i. regulam seu variationem patris. i. primatiui: quod est volo vis vult.

Nolo patrem sequitur tamen imperialis habetur
Noli nolite nolito nolitote futurum

¶ Dicit q̄ nolo sequitur. i. variatur ad modū sui primitiui quod est volo vis vult. Tamen in hoc verbo habetur imperialis. i. imperatiuus modus qui nō habetur in suo primatiuo. vt supra diximus. Deinde declarat qualiter fiat iste imperatiuus dicens. Tu debes dicere noli & nolite in presenti/ & in futuro nolito & nolitote.

Es est ac esse dat edo/ dat cetera terne
Ad plures edite: sed plures dant tamen este

¶ Dicit q̄ hoc verbum edo qđ significat (to ete) est irregulare. inq̄tū facit es/ est. in secunda & tertia persona presentis tpis indicatiui modi & etiam inquantum facit esse in infinitiuo: quia deberet facere edo edis edit. in infinitiuo mō edere. Deinde dicit. q̄ in alijs temporibus declinatur ad modum tertie coniugationis scilicet. Dic cetera terne. Deinde ponit irregularitatē in imperatiuo dicens. Ad plures edite: sed plures dāt tamen este. Q. d. q̄ secunda persona presentis temporis imperatiui pluralis numeri facit edite & este.

Es est ac estur/ dat edo

¶ Dicit q̄ ab edo es est: formatur estur impersonale.

Dat fio fierem fieri/dat cetera terne
Extremum terni presens dabit imperialis

¶ Dicit autor ꝙ fio fis est irregulare in ꝑtum facit fierem in optatiuo ⁊ in preterito imperfecto coniūctiui. Cetera vero tempora habet ad modū tertie cōiugationis. Deiñ dī ꝙ pñs tēpus imꝑialis .i. imperatiui modi dat extremū .i. futurū optatiui q̄ dī tertius modus. Quasi dicat ꝙ loco imperatiui vtimur futuro optatiui.

Quesumus ex queso retinens nil plus dare credo

¶ Dicit ꝙ hoc verbū queso .i. rogo habet hanc vocem quesumus et non plus.

Dat mereor merui/mestus sum mereo flenti

¶ Dicit ꝙ hoc verbum mereor mereris apud modernos facit merui in preterito ⁊ deberet facere meritus sum Et mereo meres deberet facere merui in preterito ⁊ facit mestus sum.

Explicit expliciunt/dic infit inquit ⁊ inquam
Tantum presentis sunt temporis infit ⁊ inquit
Nil plus inueni nec ab inquio dicitur inquit
Inquā presentis est ⁊ quandoqꝫ futuri
Hoc defectiuum verbum sed dicito solum

¶ Dicit ꝙ hoc verbum explicit nō habet nisi expliciūt. Deinde dicit ꝙ hec tria scꝫ infit. id est dicit/inquid ⁊ inquam sunt defectiua: q2 non habent aliā vocē. Postea declarat dicens ꝙ infit et inquit sunt tantū pñtis temporis nec plus inuenitur de ipsis. Nec est credēdū ꝙ inquit ab inquio deriuatur. immo inquio est verbum per se. Preterea dicit ꝙ inquam aliquādo est presentis temporis/⁊ aliquando futuri.

Inquio inquis inquit quimus quitisqꝫ quiuntqꝫ
Am tantum dices ⁊ est donare futurū
Est presens inque nil plus vult vsus habere

¶ Dicit ꝙ hoc verbum inquio sic variatur. Inquio inquis inquit. Et pluraliter inquimus inquitis inquiunt. Futuro inquiam inquies inquiet. Inque vero est presentis temporis imperatiui. nec plus habemus de vsu.

Deqꝫ vale quidem dixere valete valeto

¶ Dicit ꝙ hoc verbum vale est defectiuum: quia nō habet nisi imperatiuum. scilicet vale in singulari numero: ⁊ valete in plurali: ⁊ hoc in presenti. In futuro autē habet valeto in singulari/⁊ valetote in plurali.

¶ Hic autor determinat de decem figuris seu vitijs annexis. Sed queritur quibus annectuntur. Pro qua nota q in qualibet oratione sunt tria consideranda. s. dictiones ordinatio dictionum/ et sententia resultans ex ordinatione dictionum ad invicem. Vitia igitur que peccant in dictione sunt annexa barbarismo: et sunt tria scilicet acyrologia/ eclypsis/ et amphibologia. Sed que peccant in ordinatione dictionum ad invicem sunt annexa soloecismo: et sunt illa tria. Cacephaton/ cacosyntheton/ et tapinosis. Preterea vitia vel figure que peccant contra sententiam sunt annexa speciebus propter et sunt quatuor. s. Tautologia/ pleonasmos/ perissologia/ et macrologia. Quid dices de alotheca. Dico q non est unum vitium: sed implicat multa. Primo igitur determinat de acyrologia dicens. Acyrologia dicitur ab a quod est sine et logos sermo et cyros manus: unde acyrologia. i. sermo sine manu: quasi inusitatus. Hic autor particulariter procedit in declaratione unius cuiusque duodecim vitiorum annexorum barbarismo et soloecismo que superius enumeravit. Et dicit vox. i. dictio impropie posita format acyrologiam. Si dicas requiem timeo vel spero laborem: ponitur impropie timeo. i. spero: et ly spero ponitur pro timeo.

Dictio turpe sonans cacephaton arrigit aures
Detur in exemplum: vel tu cum compare ludis Cacephaton.

¶ Cacephaton est obscura annunciatio vel incomposita dictione in uno verbo ut numerum in manibus equat: ut in therentio. Arrige aures pamphile.

Pleonasmus.
Atq; superuacue dici debet pleonasmos
Additio vocis: vt sic est ore locuta.
¶ Pleonasmos est superuacue vocis additio ad plenā significationē: vt sic est ore locuta. Ecce ly ore superuacue additur: q2 satis intelligibatur per illā dictionē locuta.

Tautologia.
Signat idem verbis diuersis tautologia
Exultans redeo rursus gaudensq; reuertor.
¶ Tautologia est eiusdē verbi repetitio vitiosa: vt in exēplo autoris. Exultans redeo rursus gaudensq; reuertor. Nā iste clausule idē importāt. s. per diuersa verba.

Eclypsis.
Dicitur vnius verbi defectus eclypsis
Quod poni debet vt fiat constructio plena
Hec secum precibus ne bonum parere precantis.
¶ Eclypsis est quidā defectus necessarie dictionis q̄ poni deberet in vt cōstructio fiat plena. i. perfecta: vt patet in littera. hec secum deficit loquebatur: vt precibus ne bonū parere precāns. Deficit enim fit. Et d: ab e/q est extra/ et clepe/clepis. quod idē est qd furor/furaris: q2 qd subtrahimus furamur.

tapinosis
Cum per verba rei magne submissio fiet
Tunc tapinosis erit: si dicatur mare gurges.
¶ Tapinosis est humilitas verbi rei magne. ¶ Cōstrue. Tapinosis erit tunc pro qn̄ submissio rei magne fit p verba scz humilia: vt si dicatur mare gurges. Gurges est enī parue aque riuus/ mare vero est omnium capax aquarū.

Cacosyntheton.
Et male confusa cacosyntheton est vocitanda
Congeries vocum: te moui prelia contra
Discipulos cedit virgis cum terga magister.
¶ Cacosyntheton est vitiosa dictionū cōpositio. ¶ Con. Congeries. i. compositio/ vocū. i. dictionū/ male confusa. i. male ordinata est vocitanda cacosyntheton. Deinde ponit exemplū. Cedit cum virgis discipulos terga magister. Iste enī dictiōes cōfuse ordinantur: qd p; reducēdo eas ad debitū ordinē.

Perisologia.
Perisologia dicenda superflua vocum
Additio sine vi rerum que significantur
Qua poterāt ibant: sed non qua non potuerunt
¶ Perisologia est superuacua vel superflua additio/ vocū. i. dictionū sine vlla vi rerū vt in exēplo autoris. Ibant qua poterāt: sed nō ibāt qua nō potuerūt. Multa enim sunt hic superflua que nō habēt vllā vim rerū. Bene scimus q nō ibāt nisi per locū per quē potuerūt superfluū ergo est addere.

Macrologia.
Cum res comprehendit varias sententia longa
Macrologia datur prologis hoc sepe videtur.
¶ In precedentibus metris autor dicit q cū snia longa cōprehendit res varias. i. nō necessarias tunc macrologia cōmittitur: vt in hoc exemplo. Legati nō impetrata pace retro vnde venerāt domū reuersi sunt. Ideo dicit. hoc sepe videamus in prologis: q2 multa cōtinētur in prologis que nō sunt necessaria.

Amphibo
Amphibologia constructio non manifestans

Sensum perfecte: puto te socium superare
Hoc fit multotiens quia non determino plene
Affectum mentis defectu prepediente
Siue duplex sensus ex verbis possit haberi.

logia.

¶ Amphibologia est ambiguitas sermonis seu dictionis que fit per accusatiuos casus vt si quis dicat: puto te socium superare. Aut per cōe verbū: vt criminatur catho. Aut per distinctionē: vt vidi statuā auream hastam tenentē. Fit etiam per onoma: vt si quis aciē dicat et non dicat oculorū: vel exercitus: vel ferri. Fit preterea pluribus alijs modis quos recensere omnes ne nimius sit nō oportet. Onoma sunt ea quorū varia sūt significata: vt acies et lira acus fatum canto et similia.

Confundit casus numeros genus alcotheca.

alcotheca

¶ Alcotheca est generale vitiū: ideo non computatur cū predictis duodecim. Et habet fieri per casus: vt vrbem quam statuo vestra est. Per numeros: vt quo milite celum vicerat. Per genera: vt preneste sub ipsa.

ADdendo sepe fiet methaplasmus: et eius
Prothesis est species epenthesis et paragoge
Subtrahis interdum species tunc eius habenda
Auferesis vel sincopa sunt vel apocopa finis.

Methaplasmus excusans barbarismum habet fere spēs. xxi.

¶ Methaplasmus est transformatio quedā recti solutiq; sermonis in alteraz specie ordinatus necessitati sue causa. Subtrahit interdū .i. aliqñ metaplasmus fit subtractione littere vel syllabe. Et tunc eius species sunt auferesis sincopa et apocopa Dicto de vitijs annexis sequitur de figuris excusantibus dicta vitia annexa. Et primo de figuris excusantibus barbarismum. Secūdo solocismum. Tertio vitia annexa. secunda ibi. Dat species. tertia ibi. Multa tropi. Dicit ergo sic: methaplasmus fiet sepe addendo scilicet litteram vel syllabam: et tunc eius species sunt prothesis epenthesis et paragoge.

Auferesis tollit capiti/sed prothesis addit
Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget.
Hoc fini quod tollit apocopa dat paragoge.

Differentia figurarum

¶ Nūc declarat species methaplasmi supradictas. Et dicit q̄ auferesis tollit .i. aufert litterā vel syllabam de principio dictionis: vt mitte pro dimitte. Sed prothesis addit litterā vel syllabā principio dictionis/vt gnato pro nato. detulit pro tulit. Syncopa de medio tollit: vt audacter pro audaciter. Cui contraria est epenthesis: vt induperator pro imperator. Apocopa tollit fini: vt achilli pro achillis. Cui contraria est paragoge: vt soluier pro solui.

Si longam breuies debet tibi systola dici.

Systola.

¶ Quasi dicat q̄ systola committitur si syllaba que naturaliter est longa corripiatur. vt in cathone Non eodem cursu.

Extasis esse solet si producis breuiandam.

Extasis.

¶ Extasis fit quando syllaba naturaliter breuis producitur. vt in Ouidio. Utam deveritis in vndis.

Bis binas species habet extasis: hasq; vocamus
Cesuras: faciet pentimemerim tibi terni.

Cesura.

Capitulum duodecimum.

Syllaba prima pedis/ibi produces breuiandam.

¶ Cesura dicitur a cedo/dis.i.diuido/diuidis.q2 p cesurā diuidit aliqd ab illa precedente τ vnitur cū sequēte. Dicit extrāsis habet quatuor species/τ ipsas appellamus cesuras. Unde videndū est qd sit cesura. Cesura est immutabilis extēsio que fit in principio pedis et in fine dictionis. Et nota q nunq̄ fit in primo nec in vltimo pede versus. Fit enim in principio tertij pedis qn enim syllaba breuis producitur: vt in Oui. Mittit hypermestra de tot modis fratribus vni. Et ista talis cesura vocatur pentimemeris. Et hoc est qd dicit. Faciet pentimemerim. ꝛc.

semipēti. **Semi vel ante preit/producetur q3 secundi**

Antepēti. **Prima pedis/vt in hoc poteris cōgnoscere versu.**

¶ Quasi dicat q semipētimemeris vel antepētimemeris fit producēdo primā syllabā secundi pedis que naturaliter breuis erat: vt poteris cognoscere in hoc versu. In scansione dicimus. Prima pe/dis vt in. ꝛc.

Quarti prima pedis epentimemerim tibi format

Producendo breuem: versus hoc denotat iste.

¶ Id est epentimemeris fit breuē producēdo: vt in principio quarti pedis. Versus iste denotat hoc videlicet producēdo breuem.

Post eptimemerim dat quinti syllaba prima

Curtam producens sicut versus habet iste.

¶ Q.d.q eptimemeris fit breuē producēdo in pncipio qnti pedis sicut iste versus h3 .i.manifestat vel cōnnet. Curtā/ pdu/cēs si/cut ver/sus habet/iste.

Alia speci es cesure. **Altera cesure species si subijciatur**

M/cum vocali vox cuius littera prima

Vocalis/nec in his ideo collisio fiet

O vtinam populum hunc saluet gratia christi.

¶ Positis principalibus spēbus extāsis: altera species cesure est si dictio cuius penultima lrā est vocalis subijciatur huic lrē m/vel vocali. Quasi dicat q si aliqua dictio finiatur in m/vel in vocale: τ si quēs incipiat a vocali. Nūc in his dictionibus. nō fiat collisio .i.si nō abijciatur aliqua dictarū litterarū. Exemplū ponit ipse in lrā. O vtinā populū hunc saluet. ꝛc. Cū dicit o vti. ecce illa dictio o/finitur in vocalē: et sequēs sc3 vtinā incipit a vocali. Cū vero dicit populū hunc ecce ly populum finit in m/et sequēs sc3 hūc incipit a vocali/τ neutra ipsarū abijcitur: immo remanet in versu. vt patet. O vti/nam popu/lum hunc. ꝛc.

Dieresis. **Syllaba diuiditur: tunc dieresis vocitatur**

Aulay in medio libabant pocula bachi.

¶ Dicit autor q qn vna syllaba diuiditur in duas/tūc dieresis vocitatur.i.nominatur sic illa figura. Exemplum patet in littera. Aulay in medio. ꝛc. aulay pro aule.

sineresis. **Si iungam plures dic synerisim tibi factam**

Hec etiam species dicatur epinalimpha

Fixerat eripedem cernam vir et eneus esto

¶ Q.d.q sineresis fit si plures voces in vnā cōiungantur que alio noīe dr epinalimpha. De hoc patet exēpla in lrā. Fixerat eripedē p aeripedē.i.vocalē. vir eneus p aeneus.i.durus vel crudelis. Hec autē figura est cōtraria dieresi de q̄ dictū est.

ea vero figura [illegible] ut hoc [illegible]

[illegible] [illegible] affirmationis: [illegible]

pronomen [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] ut [illegible] [illegible] scribo [illegible]

[illegible] subaudi [illegible] [illegible]

[illegible]

Eclypsis necat m/perimit synalepha vocalem — Eclypsis.
Tu populum alme deus saluasti a morte redēptor. — Synalepha

¶ Synalepha est quando vocales inuicem concurrunt et carum altera abijcitur. Exemplum ponit autor. Tu populum alme deus saluasti a morte redemptor. Et hoc est de eclypsi: saluasti a morte redemptor. Et hoc est synalepha. ¶ Eclypsis est cōsonantium et vocalibus asperc cōcurrentiū quedam dura collisio. vt in Uirg. Littore multum ille et terris iactatus et alto. In scansione colliditur m cum sua vocali. Et etiam illa vocalis e/abijcitur.

Uile sunt iste pre cunctis et fugiende.

¶ Dicit q̄ iste figure eclypsis et synalepha sunt viles et fugiende .i. cauēde pre omnibus alijs.

Syncresis istarum solet vtraqz sepe videri. — syncresis.

¶ Dicit q̄ vtraqz predictarum duarum figurarum solet vocari .i. nominari syncresis. Et dicitur a syn quod est con/et cresis iunctio vel iudicium: quasi coniunctio vel coniudicium litterarum.

Non solum voces sed tempora sepe videmus
Elidi metris/velut hic vale inquit iola.

¶ Dicit q̄ nō solū voces seu lr̄e eliduntur: hoc est abijciūtur in metris: sed etiā tp̄a. vt hic. Uale inquit iola. Nā illa syllaba le cū sit longa duo tp̄a debet habere/sed nō hz nisi vnū cū breuis efficiatur. Illa figura dr̄ boetis.

Dicitur antithesis si littera ponitur vna — Antithesis.
Ponere cum debes aliam si dicimus olli.

¶ Antithesis est lr̄e pro lr̄a positio: vt cū dicim⁹ olli p̄ illi ponitur enī illa lr̄a o / pro illa lr̄a. Et hoc fit causa maioris sonoritatis/magis enim sonat o/q̄ i.

Metathesim facies si transponas elementum — Metathesim.
Si dicas teucre cum debes dicere teucer.

¶ Metathesim est transpositio litterarū in alienū locū / nulla tn̄ littera ex dictione sublata: vt si dicas teucre cū debes dicere teucer/et est propriū nomē viri. Nō hic teucer. Genitiuo huius teucri.

A te vitari debent species methaplasmi
Sed pentimemeri solummodo nos decet vti.

¶ Hic dat cautelam quantū ad vsum quarūdā figurarū. Et dicit q̄ species methaplasmi de quibus dictū est supra debēt vitari a te. Sed solūmodo nos decet vti pē timemeri de qua dictum est.

Syncopa cum fiet veterum vestigia seruet. — Sincopa

¶ Hic dr̄ q̄ si volum⁹ vti syncopa debem⁹ seruare vestigia veterū/hoc est cōmittere dictam figurā in dictionibus in quib⁹ veteres cōmiserūt vel in silibus et nō in alijs.

Dat species tibi schema prolepsim zeugma silepsim — Schematis excusātis soloccismū.xvij. sunt spēs
Est et hypozeusis et anadiplosis epinalepsis
Est et epizeusis et anaphora paranomeon.
Est cesionomaton addis et omotoleuton
Et paranomasia polisintheton addis hecynos

Capitulum duodecimum.

Junges homoptoton his piterq3 poliptoton addis
Ultima dialeton vel a sintheton est vocitanda.

¶ Dicto de figuris methaplasmi excusantib⁹ barbarismū. Nūc dicendū est de figuris sceniatis ex.usantibus soloecismū. Schema nō diffinitur cū sit equiuocū.s. in schema lecheos:ꝛ in schema dianeos. Primū pertinet ad grāmaticos reliquum ad oratores. Figure schematis sunt fere.xvij.que numerātur in littera.

prolepsis. Presumit que sunt suprema locanda prolepsis
Cerno ducentos hinc natos hincq3 nepotes.

¶ Donatus. Prolepsis est prepō rerū ordinatarū. Uirgilius. Interia reges ingenti more latinos. Procedūt castris. hic in speciali determinat de figurꝫ quas numerat Et primo de prolepsi ¶ Sed est sciendū ꝙ duplex est prolepsis: scꝫ cōstructionis et locutionis. hic intendit de prolepsi locutiōis. Et dr ꝙ prolepsis psumit.i.primo sumit ea que sunt locāda suprema.i.vltimate ordinata. hoc patet in exemplo autorꝭ Cerno ducentos hinc natos hincq3 nepotes.

zeugma. zeugma fit in verbo si plurima clauseris vno.
Hymnus christe tibi:tibi laus et gloria detur.

¶ zeugma similiter est duplex scꝫ cōstructiōis ꝛ locutiōis. zeugma locutiōis fit qñ plurima supposita vni verbo attribuūtur:vt hymn⁹ xp̄e tibi/tibi laus/tibi glia det. Donat⁹. zeugma est vni⁹ verbi ꝯclusio diuersis clausulis a pte cōiecta.

Silepsis Clausulas dissimiles ligat vna voce silepsis
In te christe salus:in te sunt premia nostra.

¶ Sylepsis est dissimilis clausularū per vnum verbum conglutinata ꝯceptio vt patet in littera. In te christe salus.ꝛc̄. Et differt a zeugmate:q: in zeugmate est cōstructio aperta quantū ad congruitatem:sed in sylepsi non. Et habet fieri plurib⁹ modis:vt patebit statim.

Prio mō. Cum collectiuo iunctum plurale sylepsis
Assignant aliqui plebs ista parant equitare
Sed magis est propria constructio plebs parat ire

¶ Dicit ꝙ aliqui assignant silepsim qñ plurale verbū iūgitur cū noīe collectiuo / vt ista plebs parāt equitare. Deinde prohibet nobis talem cōstructionē dicēs. Sed magis est propria cōstructio plebs parat ire.

Scdō mō Estq3 silepsis vbi pro multis ponitur vnus.
Ut cum dices adest rex multo milite cinctus.

¶ Dicit ꝙ sylepsis etiā est vbi vnus ponitur pro multis:vt cū dicis. adest rex multo milite cinctus. multo milite pro multis militibus ponitur.

Hypozeusis. Reddit hypozeusis persone plurima verba.
Uni nos mundet nos ornet gratia christi.

¶ hypozeusis fit qñ plurima verba vni persone attribuūtur: vt ptꝫ in exemplo autoris. Nos mundet nos ornet gratia christi. Ecce illa verba mundet et ornet attribuuntur illi nominatiuo gratia.

Anadiplosis. Fiet anadiplosis verbi geminatio, quando
Principium clausule fit idē cū fine prioris.

Numinis istorum caret alter: et alter abundat.

¶ Anadiplosis fiet quando eadem dictio que est in fine prioris clausule reperitur in principio sequentis: vt patet in exemplo autoris. Numinis istorum caret alter. ¶ Construe. Geminatio vel iteratio dictionis fiet anadiplosis quando principium clausule fit idem cum fine prioris scilicet clausule.

Clausulis principium dat anaphora pluribus vnum. Anaphora.

Christus mundauit christus nos purificauit.

¶ Anaphora est repetitio eiusdem verbi per principia plurimarum clausularum: vt patet in littera. Christus mundauit christus nos purificauit et ibi. Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Principio finem facit epinalepsis eundem. Epinalepsis.

Nobis grata prius non sunt modo congrua nobis.

¶ Epinalepsis est quando principium clausule idem est cum fine: vt patet in littera. Nobis grata prius non sunt modo congrua nobis. Ecce ly nobis ponitur in principio et in fine clausule. Et virgilius dicit. Multa super priamo rogitans super hectore multa.

Vnius est epizeusis geminatio verbi epizeusis

Significans idem meme petit vltio digna.

¶ Epizeusis est eiusdem verbi congeminatio in eodem versu sine aliqua dilatione vt patet in littera. Meme petit vltio digna. Ecce ly me congeminatur sine dilatione vt in Esaya. Consolamini popule meus.

Voces pene pares que sunt diuersa notantes Paranomasia.

Dant paranomasiam: non curat vera sed era.

¶ Paranomasia fit quotienscunque de nomine aliud efficitur nomen fere simile in voce: sed dissimile in significatione: vt hic non curat vera sed era. Pene similia sunt in voce: diuersa in significatione. Nota quod per paranomasia alio nomine dicitur annominatio vel agnominatio. Alio nomine dicitur deffizo. Et hoc est apud vulgares qui per modum truffe vnum verbum eliciunt ab alio.

Principium simile voces iuncte retinentes Paranomeon.

Dant paranomeon / vim vitat vergo virelem

¶ Et sic quando eisdem syllabis plures dictiones inchoantur: vt patet in textu.

Junctura simili / voces multe sociate Schesionomaton.

Dant schesionomaton / vmbone repellitur vmbo

Pes pede comprimitur: ensisque retunditur ense.

¶ Schesionomaton est multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulandi: vt hic. Vmbone repellitur vmbo / pes pede comprimitur / ensisque retunditur ense.

Clausulas totalis tibi format homoptoton vno homoptoton.

Casu contenta: tristes flentes lachrymantes

¶ homoptoton est cum in similes casus verba diuersa exeunt: vt flentes tristes lachrimantes: hec figura dicitur alio nomine similiter cadens.

Cum plures voces sub fine tenentur eodem Omoteleuton.

Omoteleuton erit / hinc carmina consona subdis

Capitulum duodecimum.

Atqꝫ leonina simul et caudaria iunges.

¶ Omoteleuton erit cū plures voces seu dictiones tenētur eodē fine: ⁊ siliter terminant. Huic figure subdūtur carmina cōsona in medio ⁊ fine et caudaria scꝫ rithmi: in quibus attenditur consonantia finalium syllabarū: vt ibi. Histrio debita nō sibi credita solueret curtat. Inficiatur si moneatur fallacqꝫ iurat.

Poliptoton.

Per varios casus distincta poliptoton explet
Clausula/littoribus contraria littora/fluctus
Fluctibus esse precor pupulis populos inimicos.

¶ Poliptoton est multitudo eorundē noim varietate casuū distincta: vt precor littora esse contraria littoribus/fluctus contrarios fluctibus.

Herinos.

Longa tenens seriem constructio fiet herinos
Principio celum terram camposqꝫ patentes
Lucentemqꝫ globum lune tytaniaqꝫ astra
Spiritus intus alit.

¶ In precedentibus metris dicit ꝙ herinos est series orationis tenorem suum vsqꝫ ad vltimum seruans. Et ponit exemplū virgilij. Principio celū terras cāposqꝫ patentes. Lucentemqꝫ globum lune tytaniaqꝫ astra. ⁊c.

Polisyntheton.

Diuersas voces coniunctio plurima iungit
Hic polisyntheton est materqꝫ paterqꝫ nepos qꝫ.

¶ Polisynthetō est loquutio multis nexa cōstructionibꝰ: vt materqꝫ prqꝫ nepos qꝫ.

Dialiton

Cum sine iunctura voces varie sociantur
Dialiton facient. rex miles plebs negat istud.

¶ Dialiton siue asintheton est figura superiori contraria. Fit enim q̄n varie dictiones sine iunctura inuicem sociantur: vt patet hic. Rex miles plebs negat istud.

Tropi excusātis vicium annexe sunt xiij. spēs.

Multe tropi species metaphora metonymia
Antonomasia cathacresis vel methalepsis.
Onomatopeia vel epitheton ac homozeusis
Synecdoche vel perifrasis simul allegoria
Addis hiperbaton his et hiperbole sit sociata.

¶ Dicto de figuris excusantibus barbarismum et soloecismum. Sequitur de figuris excusantibus vitia annexa qui quidē cōtinentur sub tropo. Est tropus dictio translata a propria significatione ad non propriam secundum similitudinem ornatus necessitatisue causa. Cuius species sunt tredecim quas autor connumerat in littera.

methaphora.

Cum res est alijs similis pronomine nomen
Ponitur vt fit homo simplex cum dicitur agnus
Debet methaphora dici translatio talis.

¶ Hic autor declarat primā speciem tropi que dicitur methaphora. Et est methaphora quando verba transferuntur per similitudinem. Verbi gratia. Est aliqs homo simplex et dicam illum hominem esse agnum per similitudinem: qr agnus di=

citur esse simplex propter eius innocentiam. Methaphora fit multis modis quos non curo specificare cum latius pateant querentibus auctoribus.

Catachresis.

Fit catachresis ubi sub nomine res alieno
Signatur: sic pisce carens piscina vocatur.

Catachresis est usurpatio nominis alieni: ut piscina est locus piscium. Nihilominus interdum sumitur pro loco piscibus carente dum tamen sit aquosus.

Methalepsis.

Pro precunte sequens positum faciet metalepsim
Ut cum significas tot annos per tot aristas

Methalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostenditur: ut cum significas annos tot per quot aristas tot annos significamus.

Methonymia.

Plures esse modos repetimus methonymie
Cum pro contento quod continet aut viceversa
Ponitur / ut factor pro facto: vel retrouerte.

Methonymia est velut quedam denominatio. Et fit multis modis videlicet quando illud quod continet ponitur pro contento: ut hic. Nec pateras libare iovis. Aut econuerso ut hic. Crateres magnos statuunt et vina coronant. Aut quando factor ponitur pro facto: ut Sine cerere et baccho friget venus. Aut econuerso: ut vina precantur. Fit enim methonymia quando efficientem per effectum ponimus: ut hic. Pigrum frigus. aut econuerso: ut hic. Iungit equos auro genitor spumantiaque addis ora frenis.

Anthonomasia.

Antonomasia solet excellentia dici
Si proprium taceas nomen ponens generale.
Sic dauid insinuas nomen dicendo prophete.

Antonomasia est significatio vice nominis posita. Et fit tribus modis scilicet ab animo: ut magnanimusque anchisiades. A corpore: ut ipseque arduus alta pulsat sydera. Et ab extrinsecis actionibus: ut infelix puer atque impar congressus achilli. Antonomasia fit quando nomen commune ponitur pro proprio: ut cum dicitur propheta intelligimus de dauid. Et hoc fit ut excellentiam denotemus.

Epithetõ.

Si iungas proprium voci rem significanti
Fiet epitheton: sic dicas tristia bella.

Epitheton fiet si proprium adiungas voci .i. dictioni significanti illud proprium ut tristia bella. Bella enim significant tristia nihilominus addit illud proprium cum dico tristia.

Synecdoche.

Si partem sumas pro toto vel viceversa.
Synecdochen facies dicens hec est caput alba.

Synecdoche est significatio pleni intellectus cum plus minusque pronuncias. Fit enim si partem sumas pro toto: ut pubesque tue pubesque tuorum. aut econuerso: ut ignem fontemque ferebant. Duplex est synecdoche scilicet locutionis et constructionis. Synecdoche constructionis continetur sub sceinate et est species antiptosis. De synecdoche locutionis hic dicitur.

Onomatopeia.

Onomatopeiam facies si nomina signes
De sonitu tracta / sic sus scropha dicitur esse

Onomatopeia est nomen de sonitu factum. Sic enim sus dicitur scropha a sonitu quem facit: Sic enim tintinabulum et taratantara dicta sunt a sonitu. etc.

Capitulũ duodecimum.

perifrasis Perifrasis circũloquium de iure vocatur
Cum verbis vertit antimetabola sensum
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam
Aut in re turpi verbis non turpibus uti

¶ Perifrasis est circũlocutio q̃ fit aut ordinatione rei cã q̃ pulchra est. Aut nõ vitu perãde rei q̃ turpis est. vt iã primo nouo lumine titoni croceũ linquẽs aurora cubile Aut hic ꝛ nimio luxu obtusior v sus sit genitalis aruo ꝛ succos oblimet inertes.

Hypbole Transcensus veri manifestus hyperbole fiet
Astra fiet sonus armorum clangorq; tubarum.

¶ In precedẽtibus metris autor dicit q̃ hyperbole est transcẽsus manifestus .i. excessus veri .i. veritatis. Et fit vel causa augendi. vt niue candidior: vel minuendi: vt testudine tardior ibat.

Hyperbaton. Vocum turbatus formabit hyperbaton ordo
Synthesis hinc themesis ac hysterologia subsint
His et anastropha velut pariterq; parẽthesis addi

¶ Hyperbaton est verbũ ordinẽ turbãs/cuius spẽs sunt quinq; scz hysterologia/ vl hysteron protheron/synthesis/themesis/anastropha/parenthesis.

Hysteron ꝓtheron. Hysteron et protheron solet hysterologia dici
Hoc sit cum rectam seriem sententia mutat
Hic cererem torrere parant et frangere saxo.

¶ Hysterõ et protherõ vel hysterologia fit qñ mutatur ordo sententie cũ rctã serie vborũ: vt pz in exemplo. Hi cererẽ torrere parant et frangere saxo. Nã prius frangere seu mollere debẽt cererẽ et granũ q̃ torrere seu decoquere.

synthesis Synthesis est omni parte confusa locutio parte
Nos virtute lauat qui labem criminis ornat.

¶ Synthesis est hyperbaton ex omni parte confusum: vt pz in exẽplo. Nos virtute lauat. ꝛc. Est enim ille qui lauat labem criminis: ornat nos virtute.

themesis. Dat themesim binas in partes dictio secta
Est boree regio septem subiecta trioni.

¶ Themesis est vnius verbi sectio vna dictione vel pluribus interiectis: vt hic. Est boree regio septẽ subiecta trioni. Ecce ly septẽtrioni est vnica dictio que diuisa est.

Anastropha. Dictio si subsit cum sit precedere digna
Fiat anastropha surgit mare littora contra.

¶ Anastropha est verborũ tãmmodo preposterus ordo: vt surgit mare littora contra Ecce illa prepositio contra deberet preponi suo casuali et postponitur.

Parẽthesis In clausa clausam si coniceris alienam
Inde parenthesis est princeps quia bella minantur
Hostis militibus vrbem premunit et armis.

¶ Parenthesis est interposita oratio diuise sententie: vt patet in littera. princeps

(quia bella minantur hostes) militibus vrbem premunt et armis.

Cum designatur aliud quam clausala signet — Allegoria cuius sũt spẽs septe
Allegoria datur: septem species dabis illi
Hec sunt antifrasis carientismos et enigma.
Atqꝫ paranomea sacrosmos ac yronica
Antismos tandem sit predictis socianda.

¶ Allegoria est tropos quo aliud significatur ꝙ dr: vt latere lauas aerẽ verberas, id est tempus perdere vel inutiliter expendere. Huius species sunt septẽ quas au tor numerat in littera/ et subsequenter declarat.

Antifrasis sermo signans contraria dicta — Antifrasis.
Si lucum dicis quia raro luce nitescit.

¶ Antifrasis est vnius verbi yronia: vt bellum quasi minime bellum. Lucus quasi minime lucens: vel raro lucescit. parca eo ꝙ minime parcit.

Est carientismos cum profers dura relatu — Carietismos.
Gratus hinc amon nomen traxisse putamus.

¶ Carientismos est quo dura relatu gratius proferũtur: vt cũ interrogamus q̃si de quesierit nos: rñdet bona fortuna. ex quo intelligitur neminẽ nos quesiuisse.

Obscurus sermo quasi mirandus fit enigma — Enigma.
Patrem progenies occidit matris in aluo
Quam matrem genuit generauit filia matrem.

¶ Enigma est obscura sententia per obscurã similitudinẽ rerũ: vt patrẽ progenies occidit matris in aluo. ⁊ de beato Thoma intelligitur. Nã ipse erat pr̃ aĩarũ: proge nies vero humana occidit eum predicantẽ in aluo matris scʒ ecclie. Quã mr̃ genu it per matrẽ significatur aquã in glaciem crescere et ex eadem effluere.

Si preponantur prouerbia publica dices — paronomia
Esse paranomiam: lupus est sermone sub isto

¶ Paranomia est accõmodatum rebus temporibusqꝫ prouerbiũ vt lupus est ser mone sub isto. Erant enim aliqui de aliquo fabulantes. Ecce venit quidam odios eis. vt sermo retrahatur alter eorum dicet hoc prouerbium. Lupus est in fabula/ quod etiam est a rusticis vsitatũ.

Sarcasmos solet hostilis derisio dici — Sarcasmos.
Auxiliante modo dicendi significata.

¶ Sarcasmos est plena odio atqꝫ hostilis derisio auxiliãte modo dicẽdi sig̃ta .i. ꝙ talis derisio fiat cũ ntõ: vt hic. En agros ⁊ ꝙ bello troiane petisti. Hesperiã metire iacẽs. Sarcasmos est figura quã cõmittimus mordẽdo aliquẽ in sermone.

Per voces dictis contraria dant ironiam — Ironia.

¶ Ironia est sermo per contrariũ ostendens quod cõmittitur: vt hic. Nunc et in tu ri lectum euertere parentis. Et dicitur ab yron quod est eleuare: qz in sermone yro nico eleuamus vultum et gestum.

Urbane ludens verbis non concitus ira — antismos
Antismos facies: hyrcos mulgere laboras

Capitulum duodecimum.

¶ Antismos est figura multiplicis et numerose virtutis. Antismos enim vocatur quod rustica simplicitate caret: et faceta satis vrbanitate expositum est: vt patet hic. hyrcos mulgere labores. quod tantum valet quantum nihil facis. Ecce pulchrum exemplum antismos. Bauius et meuius fuerunt duo poete parum scientes et inuicem odiebant virgilium. Virgilius enim hoc perpendens vrbane voluit eos deludere et composuit ista duo carmina. Qui bauium non odit amet tua carmina meui. Atque idem iungat vulpes et mulgeat hyrcos. Quasi dicat quod vtriusque carmina vilia erant et tantum facit qui sequitur ea quantum qui iungit vulpes et mulget hyrcos.

Omozeusis.

Est omozeusis quando rem significabis
Et alia: cui rem possis conferre priorem
Que sit nota magis per eam que notior extat
Tres species icon paradigma parabola subsunt.

¶ Omozeusis est vnius rei per similitudinem eius que magis est nota demonstratio cui vero species sunt tres. videlicet icon/parabola/et paradigma. Et dicitur ab omos quod est simile et zeusis iunctio quasi similium iunctio. Subsequenter declarat easdem species.

Icon parabola.

In simili genere qui comparat efficit icon
Hec solet ex vsu quandoque parabola dici
Sed si poterit de iure parabola: si quis
Inter dissimiles res comparat: vt puta semen
Est euangelium quod nutriuit bona terra.
Et petra suscipit quod spine detenuerunt.

¶ Icon est personarum inter se vel eorum que personis accidunt comparatio: vt Os hominis fuit deo similis. Interpretatur icon imago. Et nota in exemplo predicto fit comparatio eiusdem ad deum in pulchritudine. Hec figura ex vsu dici solet parabola de iure est proprie est rerum generum dissimilium comparatio: vt semen etc. hoc exemplum. Similitudo exempli patet sic. Verbum domini preceptum in corde boni viri nutritur hoc est fructificat: et in corde mali non. Sed hoc per similitudinem clarius ostendit. Semen comparatur euangelio siue verbo domini bona terra comparatur bono cordi/petra comparatur malo cordi.

Paradigma.

Hic paradigma facit qui primum comparat et post
Assignat simile: domini sunt semina verba.
Spine diuitie. mens arida petra vocatur.

¶ Paradigma est enarratio exhortantis vel deridentis. Et fit quando primo fit comparatio: et postea per similitudinem illa ratio declaratur: vt patet in littera. Nam facta est mentio de seminibus/de spinis/de petra: et postea illi termini declarantur hoc modo. Semina sunt verba domini. Spine sunt diuitie. Petra est mens aridus. Per modum hortantis fit paradigma vt hic. Anthenor potuit mediis elapsus achiuis. Illiricos penetrare sinus etc. Per modum deridentis: vt An non sic. Frigius penetrat lacedemon pastor. Ledeamque helenam troianas vexit ad vrbes.

Prothesco sinparalange

A Lterius vox vna tenens vim prepositiue
Vt supra pro de fit prothesco sinparalange

¶ Execucio singularum de figuris secundum ordinem donati in barbarismo: hic prosequitur de quibusdam figuris que possunt retorqueri vniuersaliter ad predictas figuras. Possunt enim secundum diuersos respectus poni sub metaplasmo scemata

te vel tropo. Dicitur ergo q pthesios sive paralange est prepositionis pro alia positio: vt super pro de. vt in Virgilio. Multa super priamo. id est de priamo. Et ibi. Benedicta tu in mulieribus. In pro inter

Cum plus significas dices minus hec tibi fiet. Lyptota.
Liptota/ sed sub ea firmanda negatio bina.

¶ Liptota est amplioris significationis oratio/ vt cum dicitur. Nonnunquam legi. id est multociens legi. Et habet fieri per negationem magis affirmando sententiam/ vt non mediocriter conturbatur animus meus. id est valde conturbatur.

Describendo locum topographiam faciemus Topographia.

¶ Topographia est loci descriptio/ vt in Ovidio. Est sinus aduncos modice falcatus in arcus. Et dicitur a tropos quod est terra et graphos scriptura.

Cronographia solet certum discribere tempus. cronographia.

¶ Cronographia est temporis descriptio/ vt in Ovidio. Namque sub aurora iam dormitante lucerna. Tempore quo cerni somnia vera solent. etc. Et dicitur a cronos tempus et graphos scriptura.

Si dicatur agens patiens res vel vice versa Hypallagium.
Sine modo simili tibi sit constructio facta
Fiet hypallagium/ perflavit fistula buccas.

¶ Hypallagium est ordo sententie cum verbis mutatis. Fit enim quando agens ponitur pro patiente/ vel econuerso: vt patet in littera. Perflavit fistula buccas. i. bucce perflauit fistulam. Et dicitur hyperal mutatio et logos sermo.

Personam nouam formans dat prosopopeiam. Prosopopeia.

¶ Prosopopeia est noue persone fictio. Fit enim quando res animata et rationalis loquitur ad inanimatam vel econuerso/ vel quando rationale loquitur ad irrationalem vel econuerso.

Absenti sermo directus apostropha fiet. Apostropha.
Sic loquor absenti scripto dum mitto salutem.

¶ Apostropha est sermonis a persona ad personam directio. Et vt fit si factus fuerit sermo de aliquo in tertia persona: postea dirigatur ad eundem in secunda persona. Huius exempla multa reperies in auctoribus.

Est adiectiuum substantiuo resolutum Endiadis
Aut econuerso. sic endiadum tibi formo
Armatumque virum designa per arma virumque
Armatoque viro decet arma virumque notare.

¶ Endiadis est adiectiui in substantiuum/ vel substantiui in adiectiuum permutatio siue resolutio. vt in Virg. Arma virumque cano. Et in littera. Armatumque virum. etc. Et fit duobus modis. scilicet coniunctim et diuisim. Coniunctim fit quando adiectiuum et substantiuum ponuntur in littera vt armatum virum. Diuisim fit quando solum adiectiuum ponitur vel solum substantiuum.

Extra materiam describens vana vagatur
Autor/ at hanc plures ecbasim dixere figuram. Ecbasis.

¶ Ecbasis est quedam euagatio materie vel est digressio quedam a principali materia. Sed nota quod hec figura nihil valet nisi reuertatur ad propositum quod si fiat pulchra est.

emphasis Emphasis efficitur si fixum proprietatem
Significans ponis vbi debet mobile poni
Sic loquor expresse dicēs/dauus est scelus ipsum

¶ Emphasis est expressiua locutio. Et fit quādo ponitur aliquid subiectū ⁊ sibi aliqua proprietas: vt dauus est scelus ipsum. id est ipse dauus est sceleratus ⁊ nō alius sicut ipse.

Ephlege/sis. Est ephlegesis exponens dicta priora.

¶ Ephlegesis est succincta expositio precedētiū. vt hic. Legerat huius amor titulū nomēqȝ libelli. Et hoc fit ad exprimēdā sententiam intentam.

euphonia Cum recites quod turpe sonat dic euphoniamqȝ
Circuit hec et reliquie dant religioqȝ.

¶ Euphonia est bona sonoritas in dictione considerata: vt in hac dictione circuit/ et non circuiuit/reliquie et non reliquie/religo et non religio / meridies et non medidies.

Lepos. Dicitur esse lepos sermo directus ad vnum
Utens plurali/velut hoc nostis bone presul.

¶ Lepos interpretatur vrbanitas loquēdi. Et est lepos ad vnū persona pluralis numeri sermonis directio/vt patet in littera. Nostis bone presul. i. presulatus. Hec figura inuenta est causa honoris.

Antipto/sis vel an/tithesis. Pro numero numerum pro casu ponere casum
Ce facit antiptosis inter se plurima iungens
Sepius audiui tempus pro tempore poni
Ludere ludebant ad ludendumqȝ vocabant
Indeqȝ prophetis mutantur tempora sacris.

¶ Antiptosis est accidentis pro accidente positio. Et fit quando casus ponitur pro casu/vt vrbem quam statuo vestra est. Numerus pro numero aliquantum resultat improprietas inconstruēbilium/vt turba ruunt. Uel aliter/ vt multo milite. id est multis militibus. Tempus pro tempore. Unde Uirgilius. Exaudiri gemitus pro exaudiebat. Et in prophetijs ponitur preteritumperfectum pro futuro: vt in Daniele. Effuit hyrcus a leuiqȝ regionibus. id est aderit. Et hoc fit causa maioris certitudinis.

Antitetō. Uerba per antiteton respondent vltima primis
Sunt daniel noe iob rector castusqȝ maritus

¶ Antiteton prout hic sumitur est subsequentium ad precedentia retributio: vt et singula singulis correspondent/vt patet in littera. Sunt daniel noe iob rector castusqȝ maritus. Castus reducitur ad ly daniel/rector autem ad ly Noe/et maritus ad ly Job.

Antipo/phora. Respondens ad ea tibi que sunt abijcienda
Das antipophoram cum nil tamen obijciatur.

¶ Antipophora est tacite obiectioni prolata responsio/et hoc sonat in littera. Exemplum habetur in Ouidio ibi scȝ. Omnia namqȝ tuo senior te querere iusso, Retulerat nato nascor at ille mihi.

Sensus oppositos notat anticlesis eodem anticlesis
Verbo: non obsto sed toto posse resisto.

¶ Anticlesis est oppositio continue sive in oratione contraria: vt patet in littera. Non obsto sed toto posse resisto. Et dicitur ab anti quod est contra: et clesis sententia.

Cum verbis vertit antimetabola sensum antimeta
Non vt edas viuis: sed edas vt viuere possis bola

¶ Antimetabola est in oratione continuatio sermonis ... vt patet in littera. Non vt edas viuis: sed edas vt viuere possis.

Incipimus quicquid fari quandoque / sed illud Aposiopa
Vltro / desinimus intercipimusque tacendo sis.
Vult aposiopasis dici defectio talis.

¶ Aposiopasis in coloribus rhetorice dicitur precisio ... Aposiopasis est ... per orationem interpretatio. Et fit quando incipimus fari quicquid ... voluntarie desinimus illud quoque quod cepimus illud tacendo. Vt in hoc exemplo Therentii. Ego me ... que me / que illum. etc. Et hic. Nunquid ego recolo que nolo dicere nolo.

Est euphonismos pro verbo ponere verbum Eupho
Exultat domini laudem mea lingua supernam. nismos

¶ Euphonismos est positio verbi pro verbo: vt in psalterio. Exultabit lingua mea iusticiam tuam. id est cum exultatione decantabit. hoc etiam patet in littera. Exultat domini laudem. etc.

Contingens verbum mutat syneptesis: ecce syneptesis
Vnica facta fuit mulier: que sunt modo plures
Ista sed in nostrum mutatio non venit vsum.

¶ Syneptesis est accidentis permutatio in oratione diuersa. Et fit duobus modis. Primo modo quando fit permutatio numerorum: vt patet in littera. Vnica facta fuit mulier, que sunt modo plures. Et continetur sub syllepsi. Secundo modo quando fit permutatio personarum: vt hic. Domini est salus et super populum tuum benedictio tua. Et hec species reducitur ad apostropham. ¶ Nota quod hec figura nobis non licet vti. Ideo dicit sic. Ista sed in nostrum mutatio non venit vsum.

Dicuntur bine species syneptesis esse
Scilicet hec et ea qua personam variamus
Nobis parce deus nostros lauet ille reatus.

¶ Quasi dicat quod syneptesis fit duobus modis vt diximus ante. Species syneptesis dicuntur esse bine. scilicet hec. scilicet de qua dictum est in precedentibus versibus et ea qua. id est per quam variamus id est mutamus personam: vt patet ibi. Nobis parce deus nostros lauet ille reatus. Ecce primo in secunda persona loquimur cum dicimus parce. Deinde in tertia cum dicimus lauet.

Vult oligoponemenon ex dictis plura notare Oligopo
Moto sermone: sic plura licet memorare nemenon.
Vrit amor paridem nuptam rapit armat atridem
Vltio pugnatur fit machina troia crematur.

Capitulum duodecimum.

¶ Oligopomenon est sub paucis verbis multorum comprehensio: vt patz in textu autoris. In quo per duos versiculos tota hystoria Troiana continetur. Et dicitur ab oligon: quod est totum: et poio/pois: et menos defectus quasi totius fictio cum defectu.

Omophesis. Exponens erit omophesis non nota per eque
Vel magis ignota/ alchitrop dic esse cavillam
Que tenet audadam cum voldagora sociatam.

¶ Omophesis est expositio ignoti per magis aut eque notum: vt cum dicitur quid sum homo respondeatur antropos. Idem est in exemplo littere. Pro cuius evidentia nota q in astrolabio sunt quedam tabule ad modum ligni et lapidis disposite quarum vna dicitur alidada: et alia voldagora: que adinuicem connexe sunt mediante cavilla: que dicitur alchitrop.

Sepe prius dicta geminat tibi theologia
Epimenonqz notat hec si repetitio fiat
Ut quod dicetur si certus esse probetur.
Expectando dauid expectans sic geminauit.

¶ Epimenon est eiusdem dictionis repetitio immediata: vt in psalmo. Expectans expectavi dominum. Hec figura multum reperitur in sacra pagina. Ideo dicit Theologia geminat tibi sepe dicta prius. Et hoc fit vt id quod dicitur sic probetur esse certius. Deinde ponit exemplum dauid prophete dicentis. Expectando dauid expectans sic geminauit.

antropospatos. Si que sunt hominis assignantur deitati
Antropospatos est sic sepe legis dei iram.

¶ Antropospatos est cum humane proprietates assignantur inesse deo. Tu sepe legis iram. vt in psalmo. Domine ne in furore tuo arguas me: et in ira tua corripias me. Irasci enim et furere ad homines spectat et non ad deum.

Omopation. Si sunt tres alique concordi federe nexe
Id quod inest vni reliquam dices operari
Sic linguam cordi concordem dic meditari
Ac omopation istam dic esse figuram.

¶ Omopation vel homopassion est attributio vnius partis alteri/ vt innuit littera.
¶ Construe igitur sic. Si alique res sunt nexe .i. coniuncte concordi federe. tu dicens reliquam earum operari id est quod inest vni ipsarum rerum. Deinde exemplificat dicens Si linguam cordi concordem dic meditari. Lingua enim et cor sunt res coniuncte concordi federe. Nam lingua preferre habet/ cor vero meditari. Si ergo attribuo proprietatem cordis lingue vel econuerso committo figuram predictam/ vt dicendo. Lingua meditatur et cor loquitur.

Nil reor assertum quod non queat esse tenendum
Pluraqz signaui que non debes imitari.

¶ Quoniam igitur ex modis sciendi in scientia demonstrata: hinc est q autor finitus suum propositum et concludens docet modum intelligendi ea que dixit. Et quia triplex est grammatica. scz preceptiua/ permissiua/ et prohibitiua. Ideo concludens excusat se preceptiuam precepisse/ et permissiuam permisisse/ et prohibitiuam prohibuisse.
¶ Construe. Nil reor assertum .i. confirmatum in illo opere/ quod non queat esse tenendum. Vel sic. Nil reor esse tenendum quod non queat esse assertum. id est confirmatum per autores seu per aliquos autorum.

Doctrinale dei virtute iuuante peregi
Grates reddo tibi genitor deus / et tibi xp̄e
Nate dei deus / atqꝫ tibi deus alitus alme
Quas tres personas idem credo deitatis.

¶ Quia non est opus rectum cuius deus non est finis et initium. hinc autor cognoscens regratiatur deo patri / deo filio / et deo spiritui sancto. A quo incepit per quē mediauit / et in quo opus suū debuit consummauit. ¶ Construe ergo sic. Ego peregi .i. expleui doctrinale scꝫ quod in principio huius operis dixi me parare scribere virtute dei .i. virtute que deus est iuuante hoc est causante. Est enim deus causa omnium bonorum per se. Unde. O genitor deus ego reddo tibi grates .i. gratias. et o xp̄e nate dei deus appositiue / tibi reddo grates. Atqꝫ pro et o alitus alme .i. spūs sancte deus ego reddo tibi grates. Quas tres personas scꝫ patris et filij et spiritussancti ego credo in idem deitatis .i. in vnā deitatem continuitatis. Ac si diceret: quas tres personas credo esse vnicū deū: licet alia persona sit patris / alia persona filij / et alia persona spiritussancti. Qui quidem vnus deus sit in seculorum secula benedictus. Amen.

¶ Finis.


W C
de
wynkyn
worde.